



Parisiensis haec est editio, non Argentina.
Et laudatur talis esse a Fabri: B.L. Vol. I, p. 510.

Disq. deq. firo quid hat libro p. raing
massa a pado h. 13 m. 20

...

E-

62815 Sammelband



Opuscula aliquot Erasmo Ro-
terodamo castigatore et inter-

prete: quibus prime etati nihil prelegi potest; ne-
q3 vtilius neq3 elegantius.

Libellus elegatissimus qui vulgo Cato inscribitur
complectens sanctiss. vite communis precepta.

Mimi Publiani

Septem sapientum celebria dicta.

Institutum Christiani hominis carmine pro pu-
ris ab Erasmo compositum.

Parenesis Isocratis Rodolpho Agricola interpre-
te. castigatore Martino Dorpio

Epigramma Gerardii Nouiomagi in laudem D.
Erasmi Roterodami Theologi eloquentissimi.

Attica se claram iactat Demosthene tellus

Facundus colitur Tullius Ausonijs

Agricolam Phrysius celebrat Germanus Erasinum

Mellifluum laudet: cantet: ad astra ferat

Cuius ab ore fluit melliti gurgitis vnda

Oblectat mentes que Licerone magis

Nam docet ingenuos animos sermone polito

Et recte sapere, et verba diserta loqui.

La 1958 2

Prefatio in Catonem
Erasmus Roterodamus. M. Joanni Neuiio
Wondiscotano Lillianorum Louanij Sym-
nafiarche. Salutem D. P.

Disticha moralia vulgo Catonis inscripta titulo. p̄mū diligenter
a mendis repurgauim⁹. collata Planudis interpretatione. tametsi
græculus ille Romani carminis sententiā sex numero nō assequi
tur. addidim⁹ et scholia. p̄breuia q̄dem illa. sed aliquāto p̄modico
ra. nī fallor. is p̄mentarijs quib⁹ duo q̄dam opusculum hoc contaminauerāt.
quorū alter insulsissime rhetoricas. hō ipsa infantior infantia: alter ineptissime
philosophat: uterq; orden pros epos loq̄tur Porro cui⁹ auctoris sit h̄ op⁹. et
vtrum vnus an plurium. non admodum referre puto. Catonis ob id tantū
arbitror dici. qd̄ sententiās habeat Catone dignas. Adiecim⁹ his Simos
Publianos falso inscriptos Senecæ prouerbia. Atq; his quoq; castigatis
(offendimus em̄ deprauatissimos) adscripsimus breuissima scholia. reiectis
his quæ perpera erant admixta ex aliorū libris. tum appositis aliquot ex Au-
lo Bellio et Senecæ controuersijs. Sed interim clamabit vitiligator aliq̄s
qui Theologum in tam frivolis versari nugis: Primum ego nihil fastidendū
duco q̄sumvts humile quod ad bonas pertineat literas. nedum hosce p̄sus
tanta Romani sermonis mundicie. tāq; ad bonos mores p̄ducibiles. Quā-
q̄ cur me pudeat in hoc genere pauculas horas collocare. in quo non pauci
scriptores græci non mediocrum laude sunt versati. Nā erant et hodie The-
ognid̄is sententiæ Phocylidis et Pythagoræ præcepta. non abs re aurea di-
cta. Deniq; si mihi indecorum esse volunt. emendasse hæc tam humilia et ex-
planasse. multo sc̄d̄ius erit. eadem et deprauata fuisse. et (quod ex ipsorum li-
quet commentarijs) ista tam puerilia non intellecta fuisse ab his viris. qui se
nihil nescire putant. Nam Publi⁹ Simos quis contemnat. quos Aul⁹ Bel-
lius lepidissimos: Seneca disertissimos vocat. cuiusq; sententiās (vt idē te-
statur) non piguit summos etiam rhetores æmulari. Addidimus et septem sa-
pientum celebra dicta: et hominis Christiani institutum. quod nos carmine
dilucido magis q̄ elaborato sumus interpretati. conscriptum sermone Bri-
tannico a Joanne Coletto. quo viro non alium habet mea quidem sententiā
Anglorū imperium. vel magis p̄ium. vel qui Christus verius sapiat. Hoc
quicquid est laboris tibi nuncupādum duximus mi Neui ornatiss. simul vt
habeas. quod tuis prælegi cures alumnis. quos nulla neq; literarū neq; mo-
rum barbarie sinis infici simul. vt hoc qualecunq; monumentum non sinat no-
stram necessitudinem intermozi. quod equidem ita assecuturum me confido.
quū propter nativam tuam humanitatem. ac vetus in me studium. tum etiaz
q̄ hac lucubratiuncula tuo satisficiam desiderio. qui iam olim (vt mihi Dor-
pius noster narrauit) summopere expetas sententiās probati cuiuspiā aucto-
ris ita expoliri: vt et animos adulescentum ad virtutes: et linguas ad rectam
eloquutionem forment. quorum vtrunq; nisi he Catonis ac Publiane: sep-
temq; sapientū sic castigate atq; elucidate faciant. nullæ faciant. Bene Cla-
le. Louanij. Anno. D. M. xiiij. Kal. Aug.

Libellus elegatissimus qui inscribitur Lato de pceptis vite cōis Erasino Roterodamo Castigatore et interprete.

Quam animaduertere quod plurimos homines grauius errare in via morum succurrendum: et consulendum eorum opinioni fore existimaui. Maxime ut gloriose uiuerent: et honorem contingerent. Nunc te fili charissime docebo quo pacto mores animi tui componas. Igitur precepta mea ita legas ut intelligas. Legere enim et non intelligere negligere est.

Itaque deo supplica. Prima pietas est in deum

Parentes ama. Proxima in parentes

Cognatos cole. Tertia in reliquos cognatos. Supplicam deo sacrificijs. Amamus parentes. dum obseruamus et obsequimur. Colimus cognatos officijs et consuetudine vite.

Magistrum metue. Olim dabant ingenuis pueri pedagogum quem uererent. Nunc magistrum uocat. et aduerte probo proprietate deo supplicandum est. Parentes amandi. Cognati colendi. Magister metuendus quippe seruus plerumque *inpta inueterum consuetudine*

Datum serua. Quod tui creditum est fidei id serua: ueluti depositum.

Foro te para. Id est his artibus exerceas ut possis in foro perari. hoc est in causis agendis. Nam hic erat olim primus gradus ad honores summos. Legi in quibusdam codicibus Foro pare. i. accommoda *uenerabilibus*

Cum bonis ambula. Cum optimis habeto consuetudinem. Nam primum talem te iudicabunt cum qualibus conspexerint te consuetudinem agere. deinde bonorum conuictu redderis melior

Ad consilium ne accesseris antequam uoceris. Ne ingeras te ipsum alienis negocijs. sed accersitus accedas

Mundus esto. i. neque sordidus neque luxuriosus. sed eleganti modicis.

Saluta libenter. Conciliat enim ea comitas: et affabilitas multorum beneuolentiam: et alit partem.

Maiori cede. Id est noli certare cum potentioribus.

Minori parce. Id est noli seruire in eos qui sunt inferiores. sed illis concede nonnihil.

Rem tuam custodi. Ne profundas temere facultates tuas. ne uel turpiter egeas: uel turpius rem pares

Uerecundiam serua. Id est serua te incontaminatum ac purum ab inquinamentis libidinum. Castum enim uerecundum dicitur. Est autem etatis flos his periculis obnoxius.

Diligentiam adhibe. Cura in omni re plurimum ualet. Negli-

gentia semper comitem habet infelicitatem.
 ¶ Libros lege Nā ex his cito discit qđ lōgo vite vsu vix asseq̄ qđas
 ¶ Quos legeris memento. Nam quidam onerāt se lectione alia
 super alia ingerentes. neq; quicq; insculpunt memorie
 ¶ Familiā cura. Domestica negocia tibi curāda sunt: nō aliena.
 ¶ Blandus esto. Id est comis in congressu
 ¶ Trasci ab re noli. Resis morosus. Nam omnino non cōmo/
 ueri stipitis est potius q̄ hominis
 ¶ Reminē irriseris. Est em̄ argumentū arrogantis stulticie.
 ¶ Vel miserum ne irriseris. Sic em̄ quidā codices habent.
 ¶ Mutuum dato.
 ¶ Qui des videto. Est quidē aliqñ danda pecunia mutuo: s; non
 quibuslibet. sed reddituris bona fide: sed dignis officio
 ¶ Judicio adesto. Ad sunt aduocati: z id olim erat officium pre
 cipuum in amicos adesse in iudicijs
 ¶ Conuiuare raro. Sepius vocare ad cōuiuū exhaurit substā
 tiā. sepius ire ad puuiū: sordidū ē. At rari⁹ id facere hūanitat; est
 ¶ Qđ sat; ē dormi. Hoc ē nō ad voluptatē. s; necessitatē nature
 ¶ Iusiurādū serua Nō est temere iurandū. qđ autē iuraris: pre
 standum est: nisi scelus sit qđ iuraris
 ¶ Vino te tempera. Esto moderatus in vino: vl' abstine a vino
 Nam adulescenti dare vinum est oleum igni addere.
 ¶ Pugna pro patria Pugnādum ē nō pro quauis re: sed pro de
 fensione patrie. Nam Heluetiorū more mercede pugnare turpis
 simū est. z plus q̄ gladiatorium
 ¶ Nil temere credideris Id ē ne facil' sis ad credēda quis qđ dicū
 ¶ Tu te psule. A teipso pete psiliū. qđ te tuaq; optime nosti
 ¶ Aut tuto psule. Id ē cane a psilijs piculosis. tuta psilia seq̄re.
 ¶ Meretricem fuge.
 ¶ Lras discite Aetas em̄ p̄ma studio lr̄az optime coerces a scortis
 ¶ Nil mentiri debes. Turpe in puero omne mendacium. *ingenū d*
 ¶ Bonis benefacito. Beneficia non sunt conferenda nisi in bo
 nos: alioqui pereunt.
 ¶ Maledic⁹ ne esto Id ē a puicijs tēpa: neq; carpas vitā alicui⁹
 ¶ Existimatōez retine. Bonā famā tuere ne pdas. perit em̄ facile *at nō fa
 cile ser
 tentur*
 ¶ Aequū iudica. Id ē nō ad lucrū aut gr̄az: s; ad regulā eq̄tatis
 ¶ Parētes paciētia vince. Ferēdi sunt parētes. etiā iniquiores.
 ¶ Bñficij accepti memor esto. Nā dati pulchrū est obliuisci
 ¶ Ad p̄torijū stato. Multa em̄ discuntur in agendis causis
 ¶ Cōsult⁹ esto. i. calleas sciaz z morē iur; vt possis amicis opitulari

Utere virtute. Non viribus neq; dolo
Iracundiam tēpera. Ante monuit non esse iracundū sine cau-
 sa. Nunc admonet iustam etiam iram moderandam esse.
Trocho lude. **Aleas fuge.** Trochus cōuenit pueris. Alea
 infamis erat apud gētiles. Nunc pncipium christianoz lusus est
Nil ex arbitrio virium feceris. Tyrannicum em̄ est respicere
 q̄tum possis: non q̄tum liceat
Dinorem te ne contempseris. Ne fastidias inferiorem te: qd̄
 est elati. non cordati
Aliena concupiscere noli. Esto contentus tuis
Coniugem ama. Ut omnium fortunarum sociam
Liberos erudi. Filios castiga z institue
Patere legem quā ipse tuleris. Quā conditionem prescribis
 alijs: eadem utere ipse in alios
Pauca in conuiuio loquere. Ut sit alijs etiam loquendi locus
Illud stude qd̄ iustum est. Quod turpe factu est: id ne affectes
Amorē libēter ferto. Odiū oib; modis fugiēdū ē. Amor am-
 plectēdus etiā si q̄s parū dign⁹ ē q̄ redamet: tñ amari te patere

Deus est animus: nobis vt carmina dicunt
Hic tibi precipue sit pura mente colendus.

Vulgus existimabat deū placari victimis pecudū: rebusq; corporeis. **Ve-**
rū cū de⁹ ipse sit anim⁹. hoc ē mens: nō corp⁹. z p̄sentaneū est sibi gaudere si-
 mili: potissimū colēdus ē puritate mētis. Quin z hodie vulgus christianoz
 corporeis q̄busdā ceremonijs colit deū. cū gratissimus cult⁹ sit animi pietas.
 Tales em̄ adoratores q̄rit pat̄ q̄ in spū adoret. cū ipse sit spūs Nulla gratior
 pietas diuis q̄ si vitā illoz imiter. h̄ ē tolerantia. māsuētudinē. castimoniaz.
 atq; hec animi sunt. Anim⁹ ē de⁹. fac q̄ntū potes a corpe te abducas. z ad illū
 q̄tū potes accedas. z gratissimū imolar̄ sacrificiū. Pura mēte. nā vulg⁹ lotz
 manib; ac pedib; ad sacrū accedebat. Tu mētē purga. Hui⁹ sordes deū offen-
 dūt q̄ videt ea q̄ sunt in aīo: nō in corpe. Si de⁹. si h̄ nō dubitat̄ est: h̄ rōcinā/
 tis. Ut carmina. Nā Virgili⁹ in sexto. deū spm̄ z mentē vocat. Precipue. vt
 intelligas nō dānari cultū corpalem. sed hunc tamen esse deo gratissimū.

Plus vigila semper: nec somno deditus esto

Nam diuturna quies vicijs alimenta ministrat.

Sensus est. Cū vita vigilia sit iuxta Pliniū. **Caue dū ē ne maximā vite p̄tē**
somno pdam⁹. p̄sertim cū ē somnoletia vicia multa nascant̄ z corpis z animi.

Virtutem primam esse puto compescere linguam

Proximus ille deo: qui scit ratione tacere

A iij

¶ Prima. i. summa maximaq; virtus e moderari linguam ne qd temere loquar
¶ De em q sapietissim e raro loqt: z no nisi necessaria. cu nihil no videat: nihil
no intelligat. Itaq; prim e deo q sapieter z animi iudicio nouit tacere

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse

Conueniet nulli: qui secum dissidet ipse.

¶ Qui secum ipse pugnat nec sibi constat: huic cum alijs conuenire no potest
hoc est qui morib; est inq;ualib;: nec vlllo certe vite instituto: is non est aptus
ad aliozum consuetudinem

Si vitam inspicias hominum: si deniq; mores

Lum culpent alios: nemo sine crimine uiuit

¶ Sortales aliozum notant vicia. sua nemo videt. cum nullus vicij; careat
si quis propius vitam ac mores excutiat

Que nocitura tenes: q;uis sint chara relinque

Utilitas opibus preponi tempore debet

¶ Aliquoties expedit in loco res charissimas abijcere. si periculū adferat. ve
luti gemmas z aurum: quo vita sit in tuto. aut voluptates quo valetudini co
sulamus. Non em voluptas spectari debet. sed utilitas

Constans et lenis vt res expostulat esto

Temporibus mores sapiens sine crimine mutat

¶ Pro tempore licet alios atq; alios mores sumere: vt modo grauis sis. mo
do lenis. hoc est placidus ac remissus pro re: proq; loco

Nil temere vxori de seruis crede querenti

Sepe etenim mulier. quem coniunx diligit odit

¶ Illud vxorib; ferme peculiare est. vt maritos instigent in seruos. Un mo
net ne temere fidem habeant huiusmodi querelis

Lunq; mones aliquem. nec se velit ipse moneri

Si tibi sit charus: noli desistere ceptis

¶ No satis est leniter admonere peccante amicu: urgendus e insistendum: vs
vel improbitate vincas: si qd erit qd ad fama illi aut salutem pertineat

Contra verbosos noli contendere verbis

Sermo datur cunctis: animi sapientia paucis

¶ Si cum cordatis agas: non est opus multis verbis. Si cu; stulto: frustra
contendas. p;terea q; stulticia verbosissima sit

Dilige sic alios: vt sis tibi charus amicus

Sic bonus esto bonis: ne te mala dauina sequantur.

¶ Sic amicis vttere vt ipse tibi sis primus. Sic alijs bnfac ne tib; ipsi noceas.

Rumores fuge: ne incipias nouus auctor haberi

Nam nulli tacuisse nocet: nocet esse locutum

¶ Ne quid in vulgus sparseris propterea quod rumor sepe numero in eius caput recidit a quo profectus est. Si rumor nihil habet periculi: tamen nihil nocet siluisse. si quid habet: nocet locutum esse.

Rem tibi promissam: certo promittere noli

Rara fides: ideo. quia multi multa loquuntur

¶ Noli certo promittere cuiquam alieni promissi fiducia. quod in te situm est: id prestare potes. Alienam fidem prestare non potes. Et vulgus hominum ad pollicendum facillimum. In prestando sepe fallit.

Cum quis te laudat: index tuus esse memento

Plus alijs de te: quam tu tibi credere noli

¶ Ne te ipsum estimaris aliorum laudatione. sed tua ipsius conscientia. Te ipsum interroga qualis sis. et si animus tibi responderit te longe alium esse quam ille te facit. magis credere debes tibi ipsi cui notior es: quam alijs

Officium alterius multis narrare memento

Atque alijs cum tu benefeceris ipse sileto

¶ Beneficij accepti meminisse oportet: obliuisci dari. Qui dat beneficium. eius est dissimulare se dedisse. ne commemorando videatur opprobare. Eius qui accepit est passum predicare ne videatur ingratus et inmemor

Multorum cum facta senex et dicta recenses

Fac tibi succurrant: iuuenis que feceris ipse

¶ Senes qui multa viderunt et audierunt: multorum dicta factaque solent referre. Sed curandum est ut ita nos geramus in iuventute: ut in senectute succurrat nobis: non solum quid alij recte dixerint aut fecerint. verum etiam quid nos ipsi.

Ne cures: si quis tacito sermone loquatur

Conscijs ipse sibi de se putat omnia dici

¶ Cum videris quosdam inter se secreto colloqui: ne statim suspiceris eos male de te loqui. Nam id signum est hominis male sibi conscijs

Cum fueris felix: que sunt aduersa caueto

Non eodem cursu: respondent vltima primis

¶ In rebus secundis ne quid accidat aduersi cauendum est. solet enim fortuna sepius verti in diuersum. et letis inijs addere triste exitum. Ergo cum res secundae sunt maxime: tum maxime meditandum est. quod pacto aduersam fortunam feras. Ne si inexpectata venerit et improuisum te oppresserit calamitas: succubas

Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa

In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

¶ Legendum est hereditatis. et quae testamentis inhiant. Fit enim sepe numero ut qui mortem alterius expectabat: post ipse moriatur: etiam si iunior aut robustior fuerit. Nam ipsa hominis vita fragilis et incerta res est. et quis casu abrumptitur

Exiguum munus: cum dat tibi pauper amicus

Accipito placide: plene et laudare memento

¶ Munera sunt estimanda nō suo p̄cio: sed animo donātis. Ita legim⁹ sum⁹ mos p̄ncipes aquā caua manu haustā z malū oblatū summa cū alacritate p̄ inde vt maximū mun⁹ accepisse. Accipito placide: alacri vultu vt ostendas tibi gratum esse. Et plene .i. non maligne: sed candidē vt p̄ te feras pro exi⁹ quo munere te multum debere.

Infantem nudum cum te natura creauit

Paupertatis onus patienter ferre memento

¶ Cū natura nos nudos p̄duxerit: satis intelligere possum⁹ diuitias alienas esse: neq; p̄m hoīs naturā. Si mēbrū p̄dis: est fortasse qđ doleas. aliquid tui decessit. sin opes auferunt. aut non cōtingunt. noli valde cruciari. Siquidem in his q̄ vere sunt hominis: nihilo plus habent reges q̄ tu paup. vis scire qđ vere tuum sit: cogita quid habueris cum nascereris

Ne timeas illam: que vite est vltima finis

Qui mortem metuit: quod viuuit perdit idipsum

¶ Qui mortem timet non solum non effugit mortem: sed insuper hoc ipsum vite qđ datur perdit. Nam anxie viuere: non est viuere

Si tibi pro meritis nemo respondet amicus

Incusare deum noli: sed teipse coerce

¶ Nihil est acerbius q̄ amicus ingratus. Qđ tamē si acciderit: non est impu tandū deo tanq̄ illius acciderit culpa. sed teipm coerce ne denuo beneficia ingratū. Quidā em̄ si beneficientib; fortuna nō respōdeat superos incusant dicentes eos non habere rationē recte factorum: cum eius acciderit culpa: q̄ sine delectu contulit beneficium.

Ne tibi quid desit: quesitis vttere parce

Utq; quod est serues: semper tibi deesse putato

¶ Vttere parce. id est modice non profuse. quesitis. i. partīs. Et vt serues qđ habes: semp̄ imaginare tibi deesse vt semp̄ aliquid addas. sera aut̄ (vt inquit Hesiodes) in fundo parsimonia est.

Quod prestare potes: ne bis promiseris vlli

Ne sis ventosus: dum vis vrbanus haberi

¶ Qđ nō possis efficere: ne semel qđem est p̄mittendū ne temere facias. Porro qđ prestare possis: id iterum atq; iterum p̄mittere iactantē est: nō humanitatis. Volesta est verbosa promissio. molestior exprobratio.

Qui simulat verbis: nec corde est fidus amicus

Tu quoq; fac simile: sic ars deluditur arte

¶ Erga eum qui fuco vtitur: tu item contra vttere fuco. z iuxta puerbium Cre tiza contra cretensem. Sati⁹ est retinere simulatum amicū q̄ reddere aper tū inimicū. Id em̄ fiet: si ostenderis te sentire fucom

Noli homines blandos nimium sermone probare

Fistula dulce canit. volucrem dum decipit auceps

¶ Semp suspecta sit tibi blādiloquētia. Nec estimes hoies ex bonis dictis: s; ex bñ factis. Insidiat tibi q̄sq; admodū blādus ē. Memēro sic capi z illis aues. videlz imitatioē vocē. Et assentatioē maxima pars hoim capitur

Si tibi sint nati: nec opes: tunc artibus illos

Instrue: quo possint inopem defendere vitam

¶ Artē vt hz. puerbiū: nō solum q̄uis terra: s; queuis etiā alit fortuna. Unde certissimū viaticū est ars: q̄ quocūq; terrarū ventas: defendit ab egestate. At nunc vulgus liberos suos diuitū aut p̄ncipū ministerijs dedicat. vbi duo simul maxima discant mala. luxum z ocium

Quod vile est charum: quod charum est vile putato

Sic tibi nec parcus: nec auarus habebis vlli

¶ Qd vulgus magni facit: tu p̄temne. Qd vulgus negligit: tu magni facito. Ita fiet vt nec tibi sis parcus. Audebis em̄ vtī. q̄ non magni facis. Nec cuiq; videberis auarus cū nō expetes auide. neq; seruabis attēte q̄ cupiūt illi. Vulgus plurimi facit diuitias. Minimi facit p̄bitatē z eruditionē. Tu inuerte estimationē. Res aut cuiq; tales sunt. q̄lis ē de his opinio. Vulgus lautā rē putat: pauonē: aut rhombū. Tu p̄tra vilē rē putato. z puta rē esse lautissimā ouum galline recēs. lactuca. pullū gallinacēū. Ita nec tibi videberis sordidus cū habeas lauta tuo iudicio. nec alioz expetes lauticias: q̄ tibi viles sunt.

Que culpare soles: ea tu ne feceris ipse

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum

¶ Turpe est id committere te. qd doces alios non esse cōmittendum. Ultra turpis abrogat auctoritatem docenti

Quod iustum est petito: vel quod videatur honestum

Nam stultum est petere: quod possit iure negari.

¶ Qd inhonestū est: a nemine petendū est. Nullus em̄ dz cuiq; in re turpi more gerere. Aut sic. qd iniustū est. i. qd nō debet: iure negari p̄t. Ergo nō a quis petas. sed ab eo cui officium est p̄stare qd petis. neq; q̄duis. sed qd cū honestate p̄iunctum est. Nam id petitur aliquādo z ab is: qui non debent

Ignotum tibi. tu noli preponere notis

Cognita iudicio constant: incognita casu

¶ Ne facile p̄mutes nota cū ignotis. puta amicū vel rem vel vīte gen⁹ Not⁹ em̄ p̄modius vter⁹ de q̄b; iudicare potes. q̄ si bona sunt: rectius vteris. Sin mala facillius tolerabis. Quāquidē iuxta Plautū nota mala: mala non sunt. Ignota vero cuiusmodi futura sint: incertum est. Fit aut̄ sepe numero. vt q̄is expetendo putaris prima. in experiendo repudies.

Cum dubia incertis versetur vita periculis

Pro lucro pone diem quicumq; laboras

*lege de iure
203 suo libro
ubi aut 50
in loq 3 anni
mau p̄mutes*

*sup huc z
lege notum
suo libro
di. 4 p̄t
100 modis p̄t*

Planudes grecus legit in certis ut sint due dictiones. Cum igitur vita per se incerta: perisset in periculis certis, unum quicumque vite die in lucro deputa, unusquisque enim dies poterat esse ultimum: et incertum erat an tibi pertingeret. Ergo in tot vite periculis qui cumque dies non eripit: is in lucro est imputandus. Quicumque laboras, id est quicumque sollicitus es: et angeris huius vite malis. Tamen si non ignoro Planudem secundo exposuisse. Sed non est sententia illi per omnia sequi. Nam mihi magis probatur ut legamus incertis unica dictione ad hunc modum, cum vita dubia perisset, id est iactet, incertis periculis, id est casibus. Nam pericula hoc minus a nobis vitari possunt: quod incertae sunt, vitasti naufragium: non vitasti ruinam, vitasti bellum: incidis in latrones, vitasti pestem: morderis a vipera. Nihil periculis obnoxia est hominis vita, atque his quidem incertis et inevitabilibus.

Vincere cum possis interdum cede sodali

Obsequio quoniam dulces retinentur amici

Nihil hoc disticho elegantius fingi potuit obsecundandum aliquoties amicis: et de tuo iure procedendum. Si quidem ea facilitas ac morigeratio retinet amicos in amicitia. Contra quidam dum obstinate rixantur de lana caprina: malunt amicitiam rescindere: quam vlla in re obsequi animo amici.

Ne dubites cum magna petas: impendere parua

His etenim rebus coniungit gratia charos.

Amicitia constat officijs mutuis: et iuxta proverbum, manus manum recipiat. Gratiam hic vocat deam benevolentie.

Item inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta est

Ira odium generat: concordia nutrit amorem

Caueendum est ne per iracundiam lis incidat cum amico, propterea quod ex iurgio residet in animis vestigia quedam que benevolentiam vertunt aliquoties in odium. Et non optime coire solet semel rescissa concordia. Ergo morositas omnis et asperitas debet abesse ab amicitia

Servorum ob culpam cum te dolor urget in iram

Ipse tibi moderare: tuis ut parcere possis

Ne punias servum aut discipulum quod diu senseris te ira commotum. Pessimus enim auctor rerum gerendarum ira: sed plus temperes animo tuo: ut sedata iracundia vel ignoscas vel mitius punias. Ira plus quidam, punire te (inquit servo) mihi iratus essem. Et Plato sublato in servum baculo: rogatus quid ageret, ego inquit castigo hunc intemperantem seipsum significans ira concitum

Quem superare potes: interdum vince ferendo

Maxima enim morum semper patientia virtus

Maximi animi est cum possis vincere: pati tamen ut vincaris: et negligere adversarium. Hac virtute inter morales non est alia prestantior

Conserua potius que sunt iam parta labore

Cum labor in damno est: crescit mortalis egestas

Facilius ac tutius est servare quod tuo labore questum est quam sarcire: quod profusum

Vella
leg. to
fandi
p. 17

ne dīminueris ac detraxeris. Cum effi laboratur integra re: facile defenditur
inopia, verū cū laborat in dāno faciēdo: increfcit z obzuit nos egeftas.

Dapsilis interdum notis charis et amicis

Cum fueris felix, semper tibi proximus esto.

¶ Cum tu felix, hoc est lauta fortuna, fueris interdū dapsilis, i. liberalis, no-
tis, charis, z amicis. Notis vt vicinis, charis, quos diligis, amicis, vt cogna-
tis. Semp tibi primus esto, interdū in illos sis beneficus, in teipsum semp.
Et ita amicis sis amicus, vt tibi ipsi sis amiciffimus.

¶ Liber Secundus.

Celluris si forte velis cognoscere cultus

Virgilium legito, quod si nūage nosse laboras

Herbarum vires. Vacer tibi carmine dicet

Si Romana cupis, et punica noscere bella,

Lucanum queras, qui Martis prelia dicet

Si quid amare libet, vel discere amare legendo

Nasonem petito, sin autem cura tibi hec est

Ut sapiens viuas audi: quic discere possis.

Per que semotum vicij traducitur enim

Ergo ades: et que sit sapientia discce legendo.

¶ Interpretatio.

¶ Ex alijs poetis alia licebit cognoscere. Virgili⁹ in libris Georgicon docet
agriculturā. Vacer tradit vires herbarū, q̄q̄ ali⁹ q̄spia fuit hic Vacer: q̄
is que habem⁹ vulgo, ni fallor. Lucan⁹ narrat romanoꝝ ciuilia bella, vbi le-
gēdū arbitroz ciuica p̄ punica. Nihil em̄ de punica bellis scripsisse legit Lu-
can⁹. Quid⁹ tradit artē amādī: z in Elegijs docet amozes. Qd̄ si cupis artē
et rationē recte btēq̄ viuēdi cognoscere, hūc libꝝ legito, is te docebit nō vulga-
res artes z nugas: s̄ q̄ pacto vitā exigas semotā, i. liberā z immunē a vicij.

Si potis: ignotis etiam prodesse memento

Utilius regno, meritis acquirere amicos

¶ Nō solū in amicos oportet esse beneficium, verū ignoti q̄q̄ delliādī sunt, as
deuincēdi bñficentia, si mō possis p̄desse, vtilius em̄ est q̄ plurimos amicos
parare meritis, i. bene factis, q̄ parare regnū. Regnū em̄ eripi p̄t, amici suc-
currēt electo, z firmiozes sunt q̄ bñficio adiuueris, q̄ quos potestate p̄mas.

Mitte arcana dei celumq; inquirere quid sit

Cum sis mortalis: que sunt mortalia cura.

¶ Juxta Socratis sententiā Que supra nos nihil ad nos. admonet ut omisso studio naturalis Philosophiæ: ea curemus que ad vitam humanā pertinent. hoc est ad mores componendos.

¶ Linque metum lethi. nam stultum est tempore in omni

¶ Dum mortem metuis amittis gaudia vite

¶ Eandem sententiam legis in prior libro

¶ Iratus de re incerta contendere noli

¶ Impedit ira animum: ne possit cernere verum

¶ Pyrrhus admonere solitus est tyrones ne irasceretur. at multo magis oportet cauere iracundiam eos qui disputant. Melius enim iudicat: qui vacat iræ. Contra ira obstat animi iudicio.

¶ Fac sumptum pro pere. cum res desiderat ipsa

¶ Dandum etenim est aliquid cum tempus postulat: aut res

¶ Equidē opinor pmpre legendū pppere. Sumptū q̄ necessario faciendū est libenter et pmpre facito. ne videaris grauatum facere. Nā aliqd̄ omnino insumendum est: non passim. sed quoties tempus aut causa postulat. hoc est in nuptiis. in festis. item in amicis

¶ Quod nimium est fugito. paruo gaudere memento

¶ Tuta magis est puppis. modico que flumine fertur

¶ Humilis fortuna tutior est q̄ excelsa. ut nauis tutior est que in paruo ē flumine: q̄ que in pelagi fluctibus natat.

¶ Quod pudeat: socios prudens celare memento

¶ Ne plures culpent id quod tibi displicet vni

¶ Ne indicaueris amicis. aut ne pmittas testib; alijs. cui⁹ te facti pudeat Ne plures reprehēdāt si scierint id qd̄ vni tibi displicet. si sol⁹ tibi psci⁹ fuerit. h̄ ē. si qd̄ peccas: pecces absq; arbitris. Nec hāc sniam intellexit grecus Planudes

¶ Nolo putes prauos homines peccata lucrari

¶ Temporibus peccata latent: et tempore parent

¶ Ne putes nocētes lucrari. hoc ē. impune auferre sua pctā. Latēt qd̄ē: s̄ ad tempus. postea parēt. i. manifestantur. Tempus enim et celat et aperit omnia.

¶ Corporis exigui vires contemnere noli

¶ Consilio pollet. cui vim natura negauit

¶ Noli p̄tenere inimicū: licet sit pusillo corpe. Nā sepe qd̄ corpis virib; detrahitū est. natura addit ingenij virib;. Quāq; hec sententiā latius patet: nepe hominē nō estimandū p̄citate: roboreq; corpis. sed animo potius

¶ Quem scieris non esse parem tibi: tempore cede

¶ Victorem a victo superari sepe videmus

¶ Si senseris tibi rē esse cū potētiore: cede ad sp̄s. et sine penes illū esse victo

riam. Nam incidit sepe numero oportunitas ut mutatis vicibus rerum vincat
qui victus fuerat: et superior sit qui fuit inferior. Conuenit cum illo vir fugiens et denuo
pugnabit. Quidam stulta pertinacia statim aut vincere volunt: aut pessumdari

Aduersus notum noli contendere verbis

Lis minimis verbis interdum maxima crescit

¶ Eandem sententiam et ante legisti. cum familiaribus rixandum non est. quod
summa discordia soleat nasci ex verbulis leuissimis

Quid deus intendat noli perquirere sorte

Quid statuat de te. sine te deliberat ipse

¶ Nec hanc sententiam recte prout Plautus. Ne sortilegijs ac malis artibus inquiras
quid de te futurum sit. Quicquid id deus sciri non vult. Neque enim te in consilium adhibet
cum aliquid decernit de te. quod si te vellet id scire. nimirum accerseret te in consilium.

Inuidiam nimio cultu vitare memento

Que si non ledit. tamen hanc sufferre molestum est

¶ Et hanc sententiam non recte prout Plautus. Ne nimio splendore strepituque vite
confaueris tibi hominum odium. quod tamen si non possint te ledere. tamen molestum est vivere
obnoxium odio multorum. ut per se iucundum est omnibus esse charum. etiam si ni-
hil utilitatis inde capias.

Esto animo forti cum sis damnatus inique

Nemo diu gaudet. qui iudice vincit iniquo.

¶ Ne abijcias animum si aduersarius vincit te preter ius. Nec enim diu exultabis
sed quod perperam pronunciauit iudex: id deus reiudicabit.

Litis preterite noli maledicta referre

Post inimicitias iram meminisse malorum est

¶ Post reditum in gratiam non oportet litis ante acta quicquam refricare: sed obliuisci
superiorum iniuriam. Finita enim simultate deus et irarum esse finis. secundum autem facere ma-
lorum est. greci vocant mnistikakisa verbo videlicet infamia.

Nec te collaudes. nec te culpaueris ipse

Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis.

¶ Te ipsum nec vitupes nec laudes. utrumque enim videtur affectatis inanem gloriam.
Nam et qui se vituperat ob id facere videtur: ut refellat ab alijs et diuersa audiat

Utere questis modice: cum sumptus abundat

Labitur exiguo: quod partum est tempore longo

¶ Sera in fundo parsimonia. dum adhuc multum superest. indepe parcus
uti. citius enim effluunt parua quam colliguntur.

Inspiciens esto cum tempus postulat aut res

Stulticiam simulare loco: prudentia summa est

¶ Aliquam deponendum est supercilium. et remittenda seueritas. ut in Plautus. in lusu.

B

Deponēda psona sapētis sumēda psona stulti. p̄sertim inter stultos: ac ita ut
stultū agas: nō ut stultus fias. Sūma em̄ prudentia ē seruire tēpori. Loco.
id est cū est oportunum. ita Terentius. in loco vero laudo

Luxuriam fugito: simul et vitare memento

Crimen auaricie: nam sunt contraria fame

¶ Dugnāt inter se luxus z auaricia. nā alterū ē p̄fusi. alterū sordidi. Utrūq̄
viciū iuxta fugiendū ē: utpote qđ fœdā pariat famā. Si qđ ē nīmū parci sunt
audiūt kyminon pristat. id ē cumini sectozes. z sykamerizæ. id est ficos diuide
similitaq̄. q̄ luxu sua p̄fundunt nepotes z lurcones appellantur

Noli tu quedam referenti credere semper

Exigua est tribuenda fides qui multa loquuntur

¶ Nō statim habēda fides his q̄ sp̄ aliqđ noui rumoris adferūt: deq̄ aliorū
factis nūciant aliquid. Parum em̄ credendū his qui multa loquunt. p̄terea
qđ huic vicio vanitas soleat esse adiuncta.

Duod potu peccas ignoscere tu tibi noli

Nam nullum crimen vini est: sed culpa bibentis

¶ Vulgus ita solet excusare sua pctā. vinū in causa fuit. Bene pot' hoc dixi
verū tibi ipsi impura: non vino. qđ tuo vicio noxiū fuit: non suo

Consilium arcanum tacito committe sodali

Corporis auxilium medico committe fideli

¶ In rebz arcanis z tacendis caue ne quēuis p̄sulas. s̄ em̄ dūtarat cui' fidē in
tacēdo p̄spectā habeas: ne nō solū nō opitulet. s̄ ledat etiā z infamet. Nec em̄
corpis vicia cui' aperis: s̄ medico note fidei q̄ celet z succurrat.

Successus indignos noli ferre moleste

Indulget fortuna malis ut ledere possit

¶ In hoc versu multi laborāt. Quidā. s̄. elidunt in successus verū tu si tollas
tu dictionē planē hic sup̄uacua: nihil sup̄est scrupuli. Ne te cruciet p̄speritas
que nōnunq̄ contingit indignis. nō em̄ illis fauet fortuna. sed insidiatur z il
licit. ut postea grauius ledat

Prospice qui veniunt: hos casus esse ferendos

Nam leuius ledit: quicquid preuideris ante.

¶ Quicquid accidere potest homini: id anteq̄ accidat tecum meditare: ut ne
subitum sit si acciderit. Vinus em̄ cruciat mala q̄ non accidunt inopinanti

Rebus in aduersis animum submittere noli

Spem retine: spes vna hominem nec morte relinquit

¶ Cū fortuna seuit: sustine teipm̄ animi fortitudine. ac serua rebz secūdis. Nec
abijcias spem q̄ sola nec morientē relinqt. Quidē em̄ aīa est: spes ē. Et p̄ixide
p̄dore sola spes in labro hesit. Irē Quis. Uiuere spe vidi q̄ moritur' erat

Rem tibi quam noscīs aptam dimittere noli

*vidi dicitur
quicquid de
in p̄senti canit a
factum est
faciunt
Tunc officij
no*

*Wlano 14
Iurata 7 vof
met rly fuit
p̄m p̄st d
Vrdy
p̄orda vto*

*hinc em̄ dicitur
hinc dicitur q̄
m̄ dicitur p̄st d
m̄ dicitur*

Fronte capillata post hec occasio calua.

¶ Quoties fortuna offert ꝓmoditatē aliquā: q̄ tibi sit apta. statim arripe. nā occasio frontē h̄z capillatā: vt ea pre teneri possit. verū si semel se p̄terit ab oc cipitio calua ē. vt iā app̄hendi nequeat. hoc ē oportunitas cū contingit teneri potest. non redit aut cum voles si neglexeris. Hic admonendū illud qđ greci fingunt de deo cero. de quo nos copiose in prouerbijs.

Quod sequitur specta: quodq; imminet ante videto

Illum imitare deum: qui partem spectat vtranzq;

¶ Ex p̄teritis futura collige. Ex p̄teritis bñ aut sec⁹ gestis ꝓsiliū cape qđ pacto futuris occurras. Exēplo iani dei Romani: quē bifrontē fingebat antiquitas qđ oporteat prudentē virū proso kai opisso. id ē a frōte z a tergo vt inq̄t Ho/ merus habere oculos. illud aut sequitur nos: quod p̄terijt

Fortior vt valeas interdum parcior esto

Pauca voluptati debentur plura saluti.

¶ Vite rationē moderare magis ex salutis ac bone valetudinis rōne q̄ vo/ luptatis. Nō em̄ in morbo tm̄ oportet ab intēperātia cauere. verū etiā cū re/ cte valem⁹ parcius vtendū ē rebz omnibz: nēpe somno. potu. cibo. venere. lusu ne in morbū incidamus. Et si nōnihil dandum est voluptati. multo plus ta/ men salutis: qua perditā: pereunt simul z voluptates omnes

Judicium populi nunq; contempseris vnus

Ne nulli placeas dum vis contemnere multos

¶ Nunq; optima placēt multitudini. tm̄ sapiētis est nō pugnare solum aduer/ sus vniuersos. Nā frustra sapit qđ solus sapit: cū omibz desipere videatur

Sit tibi precipue quod primum est cura salutis

Tempora ne culpes cum sis tibi causa doloris.

¶ Ante om̄ia bone valetudinis rationē habe. ne si tua intēperātia in morbus incidaris. postea pudore reijcias culpā in celi in salubritatē aut loci: sicuti vul/ gus solet. Nam pleriq; morbi nobis accidunt ex intemperantia vite

Somnia ne cures nam mens humana quod optat

Lum vigilat sperans per somnum cernit idipsum

¶ Quidam anxie obseruāt sua somnia. z ex his de futuris estimāt. cū somnia dormientiu nascant̄ ex affectibz vigilantiu. nec significēt quid sit euenturum. sed qđ aliquando cogitaueris: dormienti representant.

Liber Tertius

Hec quicunq; velis carmen cognoscere lector

Hec precepta seres que sunt gratissima vite

Instrue preceptis animum: nec discere cesses

Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago

B ij

*In addidit si quisquid in imago ad delicta voluptatis efficit
quod in aduerso si in addidit prospero / go tunc sic hoc quod
qđ de vtilitatis legunt z*

l. h. h. v. m. b. f. v. m. m.
Commoda multa ferēs. si autem spreueris illud

p. eod. l. h. v. m. b. f. v. m. m.
Non me scriptorem. sed te neglexeris ipse

p. eod. l. h. v. m. b. f. v. m. m.
Hoc ē proemij loco. Absq; rōne bñ viuēdi. vita nō est vita. s; simulachrum mortis. Hoc carmē vtilissima vite p̄cepta tradit. si studeas cognoscere. sin spreueris: teipm p̄tēpser; nō scriptorē. si q̄dem tua res agitur: non illius

Cum recte viuas. ne cures verba malorum

Arbitrij nostri non est quod quisq; loquatur

Si male de te loquūt mali cū tu nihil facias mali: esto p̄tēp̄. p̄scia recte factor. Nā in te sitū ē vt bñ agas. Nō ē in te sitū quō de te loq̄tur hic aut ille

Productus testis saluo tamen ante pudore

Quantumcunq; potes celato crimen amici.

Si citeris testis in crimine amici: celabis p̄ virili maleficiū illi;: ita tamen vt ipse non ledas famā tuam. z tantum silentij dabis amicitie: quantū patietur z fama tua z testimonij religio

Sermones blandos blesosq; cauere memento

Simplicitas veri sana est: fraus ficta loquendi

Veritatis simplex est oratio. Insidiosa est blandiloquētia Proinde suspecta semper esse debet prudentibus

Segnitiam fugito que vite ignauia fertur

Nam cum animus languet: consumit inertia corpus.

Ignaua z ociosa vita fugienda est. Nam torpor animi corpori quoq; sitū: et languorem adducit. Animi exercitatio corporis quoq; valetudini confert

Interpone tuis interdum gaudia curis

Ut possis animo quemuis sufferre laborem

Animus serijs negocijs fatigat; aliquando relaxāndus est honestis ac moderatis voluptatib;. vt redintegratis virib; ad ferēdos labores sufficiat. Nā qd caret alterna requie: durable non est

Alterius dictum aut factum ne carpsaris vnq;

Exemplo simili ne te derideat alter

Qd in alios feceris: hoc in te fiet ab alijs. si libenter reprehendas aliorum facta dictave: tuo exemplo z alij in te vtentur

Que tibi fors dederit tabulis suprema notato

Augendo serua. ne sis quem fama loquatur

Qd tibi obuēnit ex testamēto tuor; id serua ne fias vulgo fabula. Que fors sup̄ma. i. hereditas. dederit tibi notato. i. inscripto tabulis testamētarijs. vel notata. i. scripta tabulis. ea augendo serua. i. ita serua vt augeas etiā. Vulg; em̄ multa dicere solet in neoplutous. id est nouas nactos diuitias.

Cum tibi diuitie superant in fine senecte

Munificus facito viuas non parcus amicis.

¶ Est viciū h̄ senib; peculiare: vt q̄ p̄pius accedāt ad mortē: hoc sint p̄tractio res. Superāt. i. sup̄sunt z abūdant in fine senectute. i. in extrema senectute. quā decrepitā vocāt. Tū igit̄ dones: h̄ amicis q̄ te foueant obsequijs

Vtile consilium dominus ne despice serui

Nullius sensum si prodest. tempseris vnq̄

¶ Propter authoris humilitatem non est cōtemnenda salubris sentētia. Nec spectandum est quis dicat. sed quid dicatur.

Rebus et in censu: si non est quod fuit ante

Fac viuas contentus eo quod tempora prebent

¶ Diminuta fortuna tua nō est vtendū eodē splēdoze q̄ p̄ius. h̄ p̄tētus eris eo genere vite qd̄ p̄sens fortuna tibi p̄bet. Et qd̄ adest: boni consulas.

Uxorem fugene ducas sub nomine dotis

Nec retinere velis si ceperit esse molesta.

¶ Fuge. i. caue. ne ducas vxorem dotis causa. Et si duxeris dotatam ne dotis respectu eam retineas si tibi grauis sit. sed cōtempta dote repudies

Dultorum disce exemplo que facta sequaris

Que fugias vita est nobis aliena magistra

¶ Qui suis discūt periculis: quid expediat: magna mercede discūt. sapiēs ex alioz vita sumit viuendi p̄silium. Hoc illi infamiā confluuit. cauebo ne quid simile faciam. Hoc illi bene cessit: imitabor.

Quod potes id tentes: operis ne pondere pressus

Succumbat labor et frustra tentata relinquo

¶ P̄ius expende vires tuas q̄ aggrediare negocium. ne postea vict? difficultate turpiter relinquo quod temere suscepisti

Quod nosti haud recte factum nolito tacere

Ne videare malos imitari velle tacendo

¶ Noli dissimulare: si quid videris non recte fieri. Et videberis em̄ pbare cū siles: silentium em̄ aliquando consensus esse videtur.

Iudicis auxilium: sub iniqua lege rogato

Ipsae etiam leges cupiunt: vt iure regantur

¶ Si p̄meris iniqua lege: h̄ est dura z inhumana. p̄fugas ad iudicis eq̄tatem. Nō em̄ hoc ē p̄tra leges: h̄ ex mēte legū: vt ad eq̄tatē redigant̄ z tēperent̄ Iniqua lex ē cū summo iure p̄tēdit: veluti si paup̄ in vincula conijciatur: qd̄ non aliat patrem. cū lex dicat. Liberi parētes aliant: aut vinciant̄. Aliq̄n lex duri/oz est vt terreat. In his iudex: hoc est p̄roz aut p̄nceps potest succurrere.

Quod merito pateris patienter ferre memento

Lunq; reus tibi sis: ipsum te iudice damna

B iij

Incommodū qđ tua culpa tibi accidit nō imputabis aliū qđ tibi. Et cū tibi sis p̄sciūs damna reipm: tuiq; iudex esto: z ea pena dignum existimato.

Multa legas facito: perlectis perlege multa

Fam miranda canunt: sed non credenda poete

Multa quidē legas: sed cū iudicio. nec em̄ om̄ia vera sunt que legis apud poetas. Fortassis p̄ lege legendū est perline: hoc est dele z corrige

Inter conuiuas fac sis sermone modestus

Ne dicare loquax: dum vis vrbanus haberi

In foro loc⁹ ē eloquētie. in cubiculo silētij. in conuiuijs alternis ac moderatis sermonib; vti uenit usq; venustis z amenis. Quidā dū vrbanitātē affectāt: loq̄tate molesti sunt reliq; conuiuijs q̄b; nō relinquūt loquendi spacium

Coniugis irate noli tu verba timere

Fam lachrymis struit insidias dum femina plozat

Uxores lachrymas hñt in p̄mptu. his expugnant viros. Admonet igitur ne qđ p̄moueamur hñmōi lachrymis. Fingunt em̄ eas sepe numero. quo viros suos fallant. veluti cum simulant se cōmoueri zelotypia: vt suū adulteriū dissimilent. aut iratas se fingunt ei quem amant.

Uttere quesitis: sed ne videaris abuti

Qui sua consumunt: cum deest aliena sequuntur

Uttere que parasti: non abutere. ne profusis bonis tuis cogaris vel impudenter rogare aliena. vel seruiliter ex alieno viuere. vel piculose furari aliena

Fac tibi proponas mortem non esse timendam

Que bona si non est: finis tamen illa malorum.

Uxor vel ob h̄ timēda nō est. qđ finis ē omniū huius vite malorum

Uxoris linguam si frugi est ferre memento

Famq; malum est: nil velle pati: nec posse tacere

In amicis leuiuscula qđ dā vicia ferēda sunt: si alioq; p̄bi fuerint. velut in vxore si paulo sit loq̄tior. aut lingue p̄catioris ferendū ē. si alioq; pudica ē z frugi: hoc ē suo fungēs officio. maxime qđ lingue morbo ei sexui peculiaris ē. Malus est is qđ nihil vitij ferre p̄t in alijs. p̄sertim cum res facilis sit tacere. sic em̄ vxor desinet obgannire si nihil respōdeas. quemadmodū solitus est Socrates

Dilige non egra charos pietate parentes

Nec matrem offendas dum vis bonus esse parenti

Pietas. amor. z cult⁹ est erga parētes. patriā. deū. z si quis loco parētū est. Quidam veluti legib; coacti colunt parentes: nō ex animo. Dilige parentes charos pietate non egra. i. non coacta. neq; grauatum. s; prompte z alacriter. Et si quid incidit dissidiū inter parentes ita alteri obsequaris vt alterū nō offendas. sed pietas tua careat omni molestia

1. off. Car.
Indicat in p̄
deff. morib;

Plauri S.
p̄llor. m.
len. z laod.

p̄p̄ha z
hant. p̄t
m̄ty. p̄h̄ta
z̄a. f̄c̄nd

Liber Quartus.

Securam quicumque cupis traducere vitam
Nec vicijis herere animum que moribus obsunt
Nec precepta tibi semper relegenda memento

Inuenies aliquid: in quo te vtare magistro

Et h' pemiū est quarti libri. Si vis esse liber ab oib' vicijis, z nullius mali tibi psciūsi viuere. hec sp' habeas p're manib'. in qb' inuenies in q' teip'o m'g'ro possis vti. h' est vt ipse regas ac modereris vitā tuā adiut' h'is preceptis

Despice diuitias si vis animo esse beatus

Quas qui suscipiunt mendicant semper auari

Nō iubet abijcere diuitias. h' nō magni facere. Eteim q' has suscipiūt. hoc ē mirant' ac magnificiunt dum non audēt vti q' possident. z semp' aliquid accumulant. semper mendicant. hoc est egeni sunt

Commoda nature nullo tibi tempore deerunt

Si contentus eo fueris quod postulat vsus

Si metiar' sumpt' vsu. h' ē necessitate: nō ābitōe neq' voluptate. nūq' tibi deerūt p' moditates nature. q' paucis p'eta ē. cū cupiditates imēsuz desiderēt.

Cum sis incautus. nec rem ratione gubernes

Noli fortunam que non est dicere cecam

Si res male tibi succedūt tuapte negligētia ne p'feras culpā in fortunā. vt illā cecā appelles: cū tuip'e magis parū p'sperer' Potest accipi bifariā q' nō ē. t. q' nulla ē. Fingūt em' mortales hāc deā cū nulla sit. aut q' nō ē: subaudi ceca

Dilige denarium. sed parce dilige formam

Quam nemo sanctus nec honestus captat habere

Amare pecuniā ad vsum prudentis est. amare vt forma pascas oculos auari ac dementis. Denarium volunt omnes. formā solī mali captant

Cum fueris locuples corpus curare memento

Reges diues habet nummos. sed non habet ipsum

Cū agit de corp'is valetudine ne tum parcas diuitijs tuis. Eteim q' morbo nō succurrīt ne minuat pecuniā. is h'z q'dem nūmos: at seip'm nō h'z. cum male valeat. mauult nūmos esse saluos q' seipsum. z illis frui q' seipso

Verbera cum tuleris discens aliquando magistri

Fer patris imperium cum verbis erit in iram

Clapulasti puer a p'ceptore cū disceres literas. multo magis ferre puenit. cū pater te verbis obiurgat Tulisti literatoris tyrannidē. multo seuiorē feras z patris imperiū. q' etiā cum irascitur: tamen a verberib' temperat.

Res age que profunt: rursus vitare memento

In quibus error inest: nec spes est certa laboris

¶ De quibus dubites ea ne feceris. Age illa ex quibus certa sperat utilitas. Rur-
sus in quibus falli posses. et incertum est profutura ne sint. an nocitura: ab his abstineas

Quod donare potes: gratis concede roganti

¶ Nam recte fecisse bonis in parte lucrosum est.

¶ Dona libenter si quid potes. nam lucrum est non donum quod contuleris in bonos. Et bene-
fici cum dādo accepit: quod digno dedit. Reddit enim cum fenore quod pro bono viro benefeceris

Quod tibi suspectum est: confestim discute quid sit

¶ Namque solent primo que sunt neglecta nocere

¶ Que suspicionem habent mali ea noli negligere. sed statim examina et exquire cuius-
modi sint. Nam in rebus facile medebere si quid mali sit. at neglecta crescunt: ac ma-
xime ledunt postea. veluti si suspicaberis amicum alieniore esse in te animo. noli negli-
gere quod sibi velit. sed excute vnum habere naturam sit. et si quid est: statim occurre nascenti malo

Cum te detineat veneris damnosa voluptas

¶ Indulgere gule noli que ventris amica est

¶ Laue ne duplices morbum tuum. vnum enim vitium fert. duo simul ferri non possunt.
Amare damnosa res. Damnosa gula. Quod si pariter utroque labores malo. superest
ut mox ad egestatem redigaris. Gula vocat studium exquisitorum ciborum. eaque ut ven-
tris amica: quod pro ea venter saginat. res et fama decrescit.

Cum tibi proponas animalia cuncta timere

¶ Unum hominem tibi precipio plus esse timendum

¶ Cum tua sponte putes omnes feras esse timendas. meo precepto vnum animal maxime te-
mebis: nepe hominem. Nam nulla belua magis homini nocet quam homo hominis

Cum tibi preualide fuerint in corpore vires

¶ Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi

¶ Si natura dedit vires corporis non statim vir fortis eris: nisi adiunxeris in-
genij vim. hoc est sapientiam qua corporis robore recte utaris

Auxilium a notis petito si forte laboras

¶ Nec quisquam melior medicus quam fidus amicus

¶ Corporis morbos apud medico. Animi morbos apud fideli amico. Ille phar-
macus sanat: hic probis. Alii. si quid morbi incidit: magis amicum accersere quam medicum

Cum sis ipse nocens: moritur cur victima pro te:

¶ Stulticia est morte alterius sperare salutem

¶ Veteres credebant expiari scelus commissum mactata pecude: quod nihil commise-
rat. Et pro alieno peccato innocens dabat penas. cum is qui peccavit potius mactari
debuerit quam victima. Stulte autem sperabant alienam mortem sibi salutem fore. cum sua
quisque mala de suo dependat oportet.

Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum

*2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio
2^o officio*

Non tibi fortuna est hominis: sed vita petenda

¶ Amicus quem velis adiungere non est estimandus e censu. sed ex moribus idem oportet fieri in vxoribus.

Utere quesitis opibus: fuge nomen auari

Quid tibi diuitie prosunt: si pauper abundas.

¶ Frustra parasti diuitias si ptis vti nō audes: z inter magnas opes viuis in ops. nihil em̄ refert habere si q̄ habes nihilo. pl^r tibi p̄sunt q̄ ea q̄ nō habes.

Si famam seruare cupis: dum viuis honestam

Fac fugias animo que sunt mala gaudia vite

¶ Si cupis honestam tueri famā: noli amare voluptates inhonestas. nempe gule. libidinis. z simulum.

Cum sapias animo noli irridere senectam

Nam quicumq; senet: sensus puerilis in illo est

¶ Cum p̄ etatem vigeat ingeniū tuū z animi vis: noli deridere senectutem q̄ minus animo valet. Desipiscit em̄ om̄is senex. z ad puerilez stulticiam redit. Etatis igitur vicium ferendū: non irridendum est

Disce aliquid nam cum subito fortuna recedit

Ars remanet: vitamq; hominis non deserit vnq̄.

¶ Opes sepe numero subito fortuna eripit homini. veluti incēdio. furto. bello. naufragio. verum ars eripi non potest. Hec itaq; certissima possessio est: q̄ semper z vbicq; te possit alere

Perspice cuncta tacitus: quod quisq; loquatur

Sermo hominum mores: et celat et indicat idem

¶ Nulla res magis arguit z apit vitā z ingeniū hominis q̄ illius oratio. hoc est certissimū animi speculum. igit si vis hominē cuiusmodi sit cognoscere: pende tecū qualis sit illius oratio. Sermo indicat mores hominis si loquat ex animo z celat idem. si vel taceas: vel dissimulanter loquaris.

Exerce studium: q̄uis perceperis artem

Ut cura ingenium: sic et manus adiuuat vsum

¶ Ut euanescent discipline nisi exercitatione confirmes. sic artificii opere cōfirmandum erit ne excidat

Dultum ne cures venturi tempora fati

Non timetis mortem qui scit contemnere vitam.

¶ Si vis liber esse a metu mortis: disce vitam non magnifacere

Disce: sed a doctis: indoctos ipse doceto

Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.

¶ Disce nō a quouis. sed ab his q̄ possunt docere. Rursum qd̄ ab alijs didice ris id alijs impartī. Utiliū em̄ rerū sciētia nō est p̄menda. h̄ p̄ man^o tradēda

£

Hoc bibe quod possis si tu vis viuere sanus

Morbi causa mali est homini quandoque voluptas.

¶ Ne biberis supra vires. Breuis enim illa bibendi voluptas: sepe numero conciliat homini molestum et diuturnum morbum

Laudaris quodcumque palam quodcumque probaris

Hoc vide ne rursus leuitatis crimine damnes

¶ Leuis et incostans videberis si quod aliquando coram multis laudaris: idem postea damnes. quod si mutasti sententiam facileas. Fortasse pro vide: legendum est fuge Crimine. id est suspitione et cum vituperio

Tranquillis rebus que sunt aduersa caueto

Rursus in aduersis melius sperare memento

¶ Ne securus sis cum fortuna tranquilla est. sed tempestatem caue. Rursus cum fortuna seuit animum sustine spe melioris fortune quam successura sit. In secundis rebus timenda sunt aduersa ne sis superbus. In aduersis speranda sunt letiora ne deficias animo

Discere ne cesses cura sapientia crescit

Rara datur longo prudentia temporis usu

¶ Iuxta Solonis sententiam. optime senescere sepe aliquid addiscetes. nam rara habet singularis et extrema prudentia pringit longo usu. id est diuturna experientia etatis. Quamquam mihi magis probatur hic ut sit sensus. Semper discere. studio crescit sapientia. Nam pauci sunt qui prudentes euadunt experientia rerum. vel quia paucis contingit diu viuere. vel quia complures stultitiam non exiunt hac via. Certissima ac breuissima ad sapientiam via est doctrina

Parce laudato nam quem tu sepe probaris

Una dies qualis fuerit monstrabit amicus.

¶ Ne laudes amicum effusius: cui non feceris periculum. si quidem ille sepius abs te laudatus. vno aliquo die declarabit alium fuisse se quam tu predicaris.

Ne pudeat que nescieris te velle doceri

Scire aliquid laus est: pudor est nil discere velle

¶ Quidam stulto quodam pudore malunt semper nescire quam semel discere. cum scire pulchrum sit. et pudendum nihil velle discere. ergo honestum velle.

Lum Venere et Baccho lis est et iuncta voluptas

Quod lautum est animo complectere: sed fuge lites

¶ Exerce quod inest boni. fuge quod adiunctum est mali. Exhilarat potatio discutit curas. vtere hac moderata. sed rursus ebrietas incitat ad iurgia. hoc caue. Ite Venus delectat. sed habet sua iurgia. Ama igitur absque dissidijs

Demissos animo ac tacitos vitare memento

Qua flumen placidum est: forsan latet altius vnda

¶ Tristes ac tacitos vitare. vident enim aliquid magni mali moliri. Quomodo

cavendū ē flumē ea pte qua trāquillū ē. nā illic p fundissimū esse solet. Ita Ce-
sar magis metuebat Brutū z Cassiū pallidos ac tacitos q̄ Antoniū ebrū.

Lum tibi displiceat rerum fortuna tuarum

Alterius specta quo sis discrimine peior

¶ Quoties redet te tue sortis. cōfer eam cum aliorum fortuna. z videbis te
nihilō peiorem. hoc est infeliciozem multis

Quod potes id tenta: nam litus carpere remis

Tutius est multo q̄ velum tendere in altum

¶ Aggredere tuta magis q̄ magna. Tutius em̄ tuto nauigare iuxta litt⁹: z re-
mis vti q̄ passis velis picitari in fluctib⁹. nec em̄ oib⁹ fauent venti fortune

Contra hominem iustum prave contendere noli

Semper enim deus iniustas vlciscitur iras

¶ Noli prave: hoc est maliciose z data opa ac peruerse contendere cū homine
iusto. nam deus nunq̄ hoc relinquit inultum

Ereptis opibus noli gaudere merendo

Sed gaude potius: tibi si contingat habere.

¶ Si diuitie ptingūt gaude. si erepte fuerint: noli te cruciare. s̄ tūc vtere phi-
losophia. Neq̄ em̄ tantū boni hnt vt sit admodū dolēdum si perierint. neq̄
rursuz tantū mali. vt nō sint libēter accipiende si forte contigerint

Est iactura gravis que sunt amittere damnis

Sunt quedam que ferre decet patienter amicū

¶ Si verbulo ledat amicus: ferendū est. At damna rerū nemo potest equo
animo ferre. In his igitur cavendum ne ledamus amicū.

Tempora longa tibi noli promittere vite

Quocunq̄ ingrederis sequitur mors corporis vmbra

¶ Nemo sibi potest lōgevitatem pmittere. cum mors hoiem q̄cūq̄ eat nō alt-
ter inseqtur q̄ vmbra corpus. fortasse legendum. corpus vt vmbra.

Thure deum placare vitulum sine crescat aratro

Ne credas placare deum dum cede litatur

¶ Nō gaudet de⁹ morte pecudū. s̄ thure litādū ē illi. s̄ ē re z inoxia z minime
sumptus.

Lede locum lesus fortune cede potenti

Ledere qui potuit prodesse aliquando valebit

¶ Qui rem hz cū pcerib⁹ qm̄ pdesse possunt in multis. necesse est vt aliquan-
do mussit iniurias. i. tacitus ferat. ledūt em̄ aliqñ potentes z tyrannidez exer-
cent Hic igitur prudens illis debet cedere vt postea p illos suis pdesse possit
Nam si resistens reddiderit eos hostes: nec sibi nec suis prodesse poterit

Lum quid peccaris castiga teipse subinde

L ij

Vulnera dum sanas: dolor est medicina doloris

¶ Ubi senseris te alicubi peccasse. statim penas sumito de teipso. et noli tibi ignoscere. Teipm obiurga. tibiipm laboris aliqd indicito. Na vt in sanandis vulnerib; dolor dolore sanat ne doleat vulnus. infundis acra q mordent. sic ista reprehensio tamen si amara est. tamen medetur vicio animi

Damnaris nunq post longum tempus amicum

Putauit mores: sed pignora prima memento

¶ Si is cu q tibi fuit diutina psuetudo forte mutatis morib; ali^o esse cepit: h^o debes tribuere veteri necessitudini. ne vitupes eu. etia si no e dign^o q ametur.

Gratior officijs quo sis mage charior esto

Ne nomen subeas quod dicitur officiperda

¶ Ut sis charis omib; esto gratus officijs. i. beneficis et benemeritis. Inuisus em apud omes e nome officiperde. sic em vocat eu in que collocatu officium perditur. Nihil em tam perit. atq; id qd pfertur in ingratum

Suspectus caueas ne sis miser omnibus horis

nam timidus et suspectus aptissima mors est

¶ Qui sibi fingit piculu. is nuq no miser viuit. Nihil igit huc apti^o q mors qnquide non pt iucunde viuere. suspect^o hic accipit actiue pro suspicioso.

Lum fueris seruos proprios mercatus in vsus

Et famulos dicas: homines tamen esse memento

¶ Sic vttere seruis tuis: licet emptijs. vt memineris hoies esse: no pecudes. Qd empti sunt: fortune fuit. qd homines sunt in hoc tibi pares.

Quamprimum rapienda tibi est occasio prima

Ne rursus queras: que iam neglexeris ante.

¶ Occasio qua ante dixit fronte habere capillatam. statim est arripienda. ne si se subduxerit frustra queras postea que prius contempseras

Morte repentina noli gaudere malorum

Felices obeunt: quorum sine crimine vita est

¶ Si mali subito moriant: dolendu magis est q; gaudendu. gaudedu poti^o us in morte bonoz quoz mors felix est. vel sic vt vertit Planudes: tamen si malus authoz. Si videris malos subito tolli: noli gaudere. Coringit idez bonis viris et innocetib; vt intelligas hoc casu accidere non vindicta numinis.

Lum coniunx tibi sit nec res et fama laboret

Vitandum ducas inimicum nomen amici

¶ Si paup habuerz vxore q laboret fama. h^o e de q hoies male loquaf. ducas. id e existimes. nome amici vitadu esse. vrpote inimicu fame tue. videberz em pstituerz vxore hoc ptextu. et hoc nomine diuites pauperum vxores captant

Lum tibi contingat studio cognoscere multa

quis quibus
aliquid dicitur
q. v. n. v. v.
dicitur

Fac discas multa vites nescire doceri

¶ Quo plura didiceris: s̄ plura stude cognoscere. ne videar̄ indoctis vlli⁹ rei.

Diraris verbis nudis me scribere versus

Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

¶ Senectia nudis verbis explicanda est. meli⁹ em̄ meminim⁹ que breuia sunt
Tercio nudis verbis singula precepta singulis distichis complecti voluit et
apertior esse et breuior.

¶ Finis Erasmo castigatore et interprete

Dicta sapientum e Graecis
Periandri Corinthij.

¶ Omnibus placeto Bona res quies. Periculosa temeritas.

Semper voluptates sunt mortales. honores autē immortales.

Amicis aduersa fortuna vtentibus idem esto

Lucrum turpe res pessima. Quicquid promiseris facito.

Infortunium tuum celato ne voluptate afficias inimicos

Veritati adhereto Age que iusta sunt Violentiam oderis

Principibus cede Voluptati tēpera A iurando abstinence

Pietatem sectare Laudato honesta A vicijis abstinence

Beneficiū repēde Supplicibus misericors esto Liberos institue

Sapientū vtere psuetudine Litē oderis Bonos in p̄cio habeto

Audi q̄ ad te ptinet Probrum fugito Respōde in tempore.

Ea facito quorum non possit penitere. Ne cui inuideas.

Oculis moderare Od iustū ē imitare Benemeritos honora

Spes fone. Calumniam oderis. Affabilis esto.

Cum erraris: muta consilium. Diutinam amicitiam custodi.

Om̄ibus te ipsum p̄be Cōcordiā sectare Magistratus metue

Ne loqr̄ ad gratiā Ne tēpori credideris Teipm̄ ne negligas

Seniorem reuerere. Mortem oppete pro patria.

Ne quauis redoleas. Ex ingenuis liberos crea.

L iij

Sperato tanq̄ mortalis. parcito tanq̄ immortalis
Nec efferas gloria. Arcanum celsa. Lede magnis.
Opportunitatē expectato Mortalia cogita Largire cū utilitate
Ne prior iniuriā facias Dolorem fuge. Mortuū ne rideto
Amicis utere. Consule inculpate. Delecta amicos.

¶ Eiusdem Periantri ex Ausonio: carmine p̄balectio

¶ Nunq̄ discrepat utile a decore

¶ Id est. nihil utile quod non honestum

¶ Plus est sollicitus: magis beatus

¶ Id est. quo quisq̄ ditior hoc magis sollicitus vult

¶ Mortem optare malum: timere peius

¶ Miser est qui tedio vite mortem optat. sed miserior qui timet.

¶ Facis ut libeat quod est necesse

¶ Quod necesse est facere. fac ut libenter facias.

¶ Multis terribilis caueto multos

¶ Quem multi timent. is multos timeat necesse est

¶ Si fortuna iuuat: caueto tolli

¶ Ne extollaris fortune prosperitate

¶ Si fortuna tonat: caueto mergi.

¶ In rebus aduersis ne frangaris animo

¶ Siantis e Breca collectione.

¶ In speculo te ipsum contemplare. et si formosus apparebis:
age que deceant formā. Sin deformis qđ in facie minus est. id
morum pensato pulchritudine

De numine ne male loquere. quid sit autem ausculta

Audito mltis: loq̄re pauca Prius itellige. 2 deide ad op̄ accede

Ne ob diuitias laudat̄ virū idignū Persuasionē cape: nō vi.

Lōpara in adolescētia qđē modestiā. in senectute vero sapiētiam

¶ Eiusdem ex Ausonio: carmine Heroico.

¶ Que nam summa boni: mens que sibi conscia recti

¶ Id est quid est optimū: Animus bene sibi conscius

¶ Pernicies homini que maxima: solus homo alter

¶ Id est homini maxima perniciēs est ab homine

Quis diues: qui nil cupiat. quis pauper: quarus
Que dos matronis pulcherrima: vita pudica.
Que casta est: de qua mentiri fama veretur
Quod prudentis opus: cum possit: nolle nocere.
Quid stulti proprium: non posse: et velle nocere

¶ Pittaci Ditylenei ex Greco

Que facturus es. ea ne predixeris. Frustratus em̄ rideberis.
Depositum redde. A familiaribus in minutis rebus lesus feras
Amico ne maledixeris. Inimicum ne putes amicum.
Uxori dominare Que feceris parentibus: eadē a liberis expecta
Desidiosus ne esto. Inter amicos ne fueris iudex.
Ne contende cum parentibus: etiam si iusta dixeris.
Ne geras imperium priusquā parere didiceris.
Infortunatū ne irriseris. Ne lingua precurrat mentem.
Que fieri nō possunt: caue concupiscas Ne festinatis loqui
Legibus pare. Nosce te ipsum. Ne quid nimis.
Ante omnia venerare numen. Parentes reuerere.
Audito libenter. Voluptatem coerce. Inimicitiam solue.
Uxorem ducito ex equalibus. ne si ex ditioribus duxeris: domi-
nos tibi pares: non affines.

¶ Eiusdem ex Ausonio: carmine Jambico

Loqui ignorabit: qui tacere nesciet.
Bono probari malo: quā multis malis
Demens superbis inuidet felicibus
Demens dolorem ridet infeliciū
Pareto legi: quisque legem sanxeris
Pluribus amicos re secunda compares
Paucos amicos rebus aduersis probes.

L iij

Cleobuli Lyndij.

Ne sis vnq̄ elatus. Domus curam age. Libros euolue
Liberos tibi charissimos erudi Juste iudicato Bonis bñfacito
A maledicentia temperato. Suspicionem abijcito.
Parentes patientia vince. Beneficij accepti memento.
Inferiorem ne reijcias. Aliena ne concupiscas
Ne te ipsum precipites in discrimen.
Res amici diliges: vt perinde serues vt tuas
Qd̄ oderis: alteri ne feceris Ne cui miniteris: est em̄ muliebze
Citius ad infortunatos amicos q̄ fortunatos proficiscere.
Lapis auri index: aurum hominū. Voto nihil preciosius.
Mendax calumnia vitam corrumpit.
Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens.

¶ Eiusdem ex Ausonio carmine Asclepiadeo.

Quanto plus liceat. tam libeat minus.
Fortune inuidia est. immeritus miser
Felix criminibus nullus erit diu
Ignoscas alijs multa. nihil tibi.
Parcit quiq; bonis prodere vult bonos
Maiorum meritis gloria non datur.
Turpis sepe datur forma minoribus

¶ Chilonis Lacedemonij.

Nosce teipm̄ Ne cui inuideas mortalia Tēperantiā exerce
Turpia fuge. Tempori parce. Juste rem para.
Multitudini place Sapiētia vttere Morib; probatus esto
Ne qd̄ suspiceris Oderis calūnias Ne fueris onerosus

¶ Eiusdē ex Ausonio carmine Choriambico

Nolo minor me timeat. despiciatq; maior
Viue memor mortis: immemor vt sis salutis.

Tristia cuncta exuperans. aut animo aut amico
Tu bene si quid facias. non meminisse fas est
Grata senectus homini: que parilis iuente
Illa iuuentus grauior. que similis senecte.

¶ Solonis Atheniensis ex greco.

Deum cole. Parētes reuerere. Amicis succurre.
Remini inuideto. Veritatem sustineto. Ne iurato.
Legibus pareto Logita quod iustum est Iracundie moderare
Virtutem laudato. Valos odio prosequitor.

¶ Eiusdem ex Ausonio carmine Trochaico.

Dico tunc vitam beatam: fata cum peracta sunt
Par pari iugato coniunx: dissidet quod impar est
Non erunt honores vsque fortuiti muneris
Clam coarguas propinquum. sed palam laudaueris.
Pulchrius multo parari: quam creari nobilem
Certa si decreta fors est. quid cauere proderit:
Siue sunt incerta cuncta: quid timere conuenit:

¶ Thaletis Milesij. ex Braeco.

Principem honora. Amicos probato. Similis tui sis.
Remini. pmittito Quod adest boni psulito. A vicijis abstineto
Gloriam sectare. Vite curam age. Pacem dilige.
Laudat esto apud omnes. Susurrorum ex aedibus enice.

¶ Ex Ausonio versu Pentametro

Turpe quid ausurus te sine teste time
Vita perit. mortis gloria non moritur.
Quod factururus eris. dicere sustuleris.
Erupe est si metuas: vincere quod nequeas
Lum vere obiurgas: sic inimice iuuas.

Nil nimium satis est: ne sit et hoc nimium

**Sequuntur Mimi Publiani ab
Erasmo castigati et elucidati.**

¶ Alienum est omne quicquid optando euenit

¶ Sensus: id quod nostro studio paratur vere nostrum est, quod votis contingit alienum est, nempe quod fortuna possit eripere

Ab alio expectes: alteri quod feceris

¶ Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te

Animus vereri qui scit: scit tuto aggredi

¶ Qui intelligit periculum: is nouit cauere periculum. Temeritas autem periculose rem aggreditur, quia nescit timere.

Auxilia humilia firma consensus facit

¶ Concordia fortia facit etiam que sunt imbecilla, contra discordia maximas opes debilitat.

Amor: animi arbitrio sumitur: non ponitur

¶ Nobis in manu est non incipere amare, ubi ceperis: iam illi seruus es, nec potes excutere cum velis.

Aut amat: aut odit mulier: nihil est tertium

¶ Mulier nimis est vehemens in utraque partem animal affectibus obnoxium.

Ad tristem partem strenua suspicio

¶ Qui parum sunt felices magis laborant suspitione, vel sic. Suspicio plerumque vergit in partem deteriozem.

Ames parentem si equus est: si aliter feras

¶ Bonum parentem ama, difficilem tolera: vel ob hoc quia pater est

Aspicere oportet quod possis deperdere

¶ Serua: quod malis perire, oculi autem, hoc est presentia domini optimus rei custos.

Amici vicia si feras: facis tua

¶ Tibi imputabitur quicquid peccat amicus cum non admoneas

Aliena: homini ingenuo: acerba est seruitus

¶ Durum est seruire ei qui liber sit natus.

Absentem ledit: qui cum ebrio litigat

¶ Mens enim ebrii non adest cum quod loquendum est. Itaque proinde est ac si non adesset ipse.

Amans iratus multa mentitur sibi

¶ Multa enim constituit in animo: que non prestat postea

Auarus ipse miserie causa est sue

¶ Nam sua sponte et volens pauper est

Amans quid cupiat scit: quid sapiat non videt

¶ Amas sine iudicio cupit nec expedit. salubre sit an perniciosum id quod cupit

Amans quod suspicatur vigilans somniat.

¶ Qui amant: ipsi somnia fingunt

Ad calamitatem quilibet rumor valet

¶ Tristitia facile spergunt in vulgus. quae recta sunt et honesta vix creduntur

Amor extorqueri non potest: elabi potest

¶ Amor non potest subito vix expelli. sed paulatim potest elabi.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam

¶ Amans iratus lachrymis placatur

Aperte cum est mala mulier: tum demum est bona.

¶ Fucatum et fraudulentum est animal mulier. eo quod minime noxia: cum palam est mala. Indicat autem hic nullam esse bonam.

Auarum facile capias: vbi non sis idem

¶ Auarum non potest ferre auarus. vel facile falles auarum nisi sis idem quod ille est

Amare et sapere vix deo conceditur

¶ Non est eiusdem amare et sane mentis esse

Auarus nisi cum moritur: nil recte facit

¶ Etenim cum moritur: tum demum permittit alios suis opibus frui.

Astute dum celatur se etas indicat.

¶ Senectus celari non potest. Nisi forte sic legendum est. Astu crimen celatur: etas indicat. Tempus enim aperit omnia

Auarus damno potius quam sapiens dolet

¶ Sapiens non cruciatur damnis rerum. sed is qui magnificat pecuniam

Avaro quid mali optes: ni vt viuat diu

¶ Propterea quod miserrime viuat

Animo dolenti nihil oportet credere

¶ Quod diu doles: ne quid tibi ipsi fidas. nihil enim sani suadet dolor. Expecta donec residat egritudo. tum statue: quid velis loqui aut facere.

Alienum nobis: nostrum plus alijs placet

¶ Suae sortis quaeque penitet. aliena miratur: verbis duntaxat. Ceterum si ad rem ventum sit: pauci velint cum alijs commutare.

Amare iuueni fructus est: crimen seni.

¶ Amor voluptas est in iuvene. scelus in sene: non voluptas

Anus cum ludit: morti delicias facit

¶ Anum vicinam morti non decet lusus. videt enim mortem delectare velle

Amoris vulnus idem qui sanat: facit

¶ Desiderij vulnus sanat idem qui fecit: si sui copiam faciat. Alludit autem ad Telephi fabulam.

Ad penitendum properat: cito qui iudicat

¶ Ne statim pronuncies. nam precipitati iudicij sepe penitet

Amicos res opime parant: aduerse probant

¶ Et hoc carmen deprauatum est forte sic legendum. Amicum opimæ res parant. tristes probant.

Aleator quanto in arte est melior: tanto est nequior

¶ Hoc est carmen Trochaicum. in mala re quæ magis excellis. tanto sceleratior es

Arcum intensio frangit: animum remissio.

¶ Arcus frangitur si nimium tendas. Animi vires augentur exercitatione: ocio franguntur.

Bis est gratum quod opus est vltro si offeras

¶ Beneficium precibus extortum magnam gratie partem perdidit. Quod vltro oblatum est. id bis gratum.

Beneficium dare qui nescit: iniuste petit

¶ Non debet vti beneficijs aliorum. qui ipse nemini benefacit

Bonum est fugienda aspicere alieno in malo

¶ Item Plautus. Feliciter sapit qui alieno periculo sapit. Quid tibi sit fugiendum id discas non tuo malo. sed ex aliorum malis exemplum sumito.

Beneficium accipere libertatem vendere est

¶ Felicius est dare quam accipere. Perdit enim libertatem quisque vti alterius beneficio

Bona nemini hora est: vt non alicui sit mala

¶ Nulli fortuna secunda est: que non alicuius malo contingat

Bis enim mori est alterius arbitrio mori

¶ Mortem naturalem equoore animo ferunt homines

Beneficia plura recipit qui scit reddere

¶ Ingratis nemo plura dimittit. quam exprimitur gratus. in hos maiora referimus.

Bis peccas cum peccanti obsequium accommodas.

¶ Nam et illum adiuuas et te eiusdem malefactorum facis

Bonus animus lesus grauius multo irascitur

¶ Lenis animus cum incandescit vehementius commouetur

Bona mors est homini vite que extinguit mala

¶ Miseris mors est optanda

Beneficium dando accepit qui digno dedit

¶ Hunc versum nominatim citat Aulus Gellius inter Verba Laberianorum

Blandicia non imperio sit dulcis venus

¶ Inuicendum est cum ex animo quis redamat: non cum extorquetur mulieris obsequium

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat

¶ Qui probus est ipse: nunquam alteri peccanti assentitur.

Beneficium se dedisse qui dicit: petit

¶ Commemoratio beneficij dati est reposcentis gratiam

Coniunctio animi maxima est cognatio

¶ Arcius alligat mutua beneuolentia q̄ affinitas sanguinis. Forte Iesus hic ita legēd' ē. Beneuol' anim' maxima ē cognatio. Nā z h' mō carmen p̄tat.

Beneficium sepe dare docere est reddere

¶ Qui sepius bene meretur de aliquo: is prouocat ad gratitudinem quadaꝫ pertinacia benefaciendi.

Bonitatis verba imitari: maior malicia est

¶ Qui malus est z bene loquitur: is plus q̄ malus est

Bona opinio homini: tutior pecunia est

¶ Tutius est habere bonam famam q̄ diuitias

Bonum tametsi supprimitur: non extinguitur

¶ Veritas z iusticia premi potest ad tempus. sed emergit postea

Bis vincit qui se vincit in victoria

¶ Qui moderate vtit victoria bis vincit. primū hostem. deinde animum

Benignus etiam dandi causam cogitat

¶ Qui liberalis ē nō expectat vt roget. s̄ vltro queritat occasionē largiendi

Bis interimitur qui suis armis perit

¶ Magis dolet nobis calamitas cuius ipsi ministravimus occasionē. Veluti si quis hominem euehat ad magistratum. a quo postea subuertatur.

Bene dormit qui non sentit q̄ male dormiat

¶ Cum abest sensus mali nihil est mali. Veluti si quis alto somno obrutus non sentiat incommoditatem strati.

Bonorum crimen est officiosus miser

¶ Si calamitosus ē q̄ recte viuit h' imputat p̄tuti cui dicūt aduersari fortunā

Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet

¶ Dec' recte factor' nō p̄t obscurari. lucet em̄ in ip̄o pectore si nō r̄ndet opinio

Bene cogitata si excidunt: non occidunt

¶ Qd recte p̄posueris etiā si ad t̄ps excidit animo. tñ non omnino perit.

Bene perdit nummos: iudici cum dat nocens

¶ Qui corrūpic iudicem pecunia cū sit nocēs: pdit eam. sed suo bono

Bonis nocet quisquis pepercerit malis

¶ Fit iniuria bonis cum impunitas datur malis. pauciores em̄ boni futuri sunt: si licet impune malos esse.

Bone iusticie proxima est seueritas

¶ Seueritas em̄ ē iusticia rigidior z exactior. vergens tñ ad inclementiam

Bonum apud virum cito moritur iracundia

D

¶ Apud malos viros ira tardissime senescit. apud bonos cito
Bona turpitudine est que periculum iudicat
¶ Aut sic. que periculum vindicat. Satius est pudere quā pigere
Bona comparat presidia misericordia
¶ In alios misericors meretur ut in se fauentes sint alij si quid inciderit.
Bonarum rerum consuetudo pessima est
¶ Uilescit quod consuetum esse ceperit. Bonis rebus nihil debet esse charius
Charum est autem quod rarum est.
Beneficium dignis ubi das omnes obligas
¶ Virtuti enim datur: non homini. Et tuo beneficio bonus in omnes utitur
¶ Crudelis in re aduersa est obiurgatio
¶ Consulandus est amicus: non obiurgandus in rebus afflictis.
Cauendi nulla est dimittenda occasio
¶ Nunquā satis caueas. Aliquā nocendi est dimittenda occasio: cauendi nunquā
Cui semper dederis ubi neges rapere imperas
¶ Qui assueuerit semper accipere: is putat iam sibi deberi quod datur: adeo
ut si negaris paratus sit eripere vi.
Crudelem medicum intemperans eger facit
¶ Egroti intemperantia facit ut medicus cogatur ad duriora remedia descē-
dere. nempe sectionem aut vstionem et similia
Cuius mortem amici expectant vitam oderunt
¶ Cuius vita sit inuisa oportet. cuius amici mortem optant.
Cum inimico nemo in gratiam cito redit.
¶ Nō ē statim fidēdū inimico. Facile dissoluitur bñuolētia: at nō facile sarcitur
Citius venit periculum cum contemnitur
¶ Magis nocet periculum his qui negligunt quā qui cauent
Castia ad virum matrona parendo imperat.
¶ Pudica vxor hoc impetrat obsequio suo: ut quicquid velit faciat maritus
Cito ignominia sit superbi gloria
¶ Arrogantia se sequitur infamia. et qui insolēter utitur gloria: incidit in ignominia.
Consilio melius vincas quā iracundia
¶ Ira preceps est. prudentia sedata. Hac citius efficies que voles.
Cuius dolori remedium est patientia
¶ Omnis dolor lenitur patientia
Cum vicia prosunt peccat: qui recte facit
¶ Cum expedit esse malos: tum nocet esse bonos. Et cum premium est male
factis: tum benefactis pena est.
Contemni est leuius quā stulticia percuti.

Satius est contemni ob virtutem quam stultum quid agere

Lomes facundus in via pro vehiculo est

Et hic versus citatur ab Aulo Bellio. Zucundus confabulator facit ut non sentias vie redium. perinde ac vehiculo portaris.

Lito improborum leta ad perniciem cadunt

Non est diuturna malorum felicitas

Crimen relinquit vite qui mortem appetit

Videtur accusare vitam qui mortem appetit.

Cui plus licet quam par est: plus vult quam licet

Hunc versiculum asserpsi ex Bellio. cui plus permittitur quam equum est. is plus sibi sumit quam oportet. hoc convenit in tyrannos.

Discipulus est prioris posterior dies

Quotidiana rerum experientia reddimur prudentiores.

Damnare est obiurgare: cum auxilio est opus

Cum amicus afflicto eget auxilio: tunc obiurgare non est officiosus. sed damnare est. primum eximendus est calamitati. postea obiurgandus quod sua culpa in eam incidit

Diu apparandum est bellum ut vincas celerius

Qui in aggrediendo nimium perant: aliquando tardius conficiunt. **D**ora in apparando non dispendium est: sed lucrum ad negotium cito conficiendum

Dixeris maledicta cuncta cum ingratum hominem dixeris

Ingratitudo omnia vicia in se complectitur. Nullum igitur convicium dici potest contumeliosius. versus est Trochaicus.

De inimico ne loquere malum: si cogites

Si cogitas nocere inimico: caue loquaris male. cauebit enim ille

Deliberare utilia: mora est tutissima

Tutissimum est esse levas consultaciones. nam precipitata consilia plerumque sunt inauspicata

Dolor decrescit ubi quo crescat non habet

Cum malum venerit ad summum: tum necesse est ut fiat remissius

Dediscere flere feminam: est mendacium

Id est femina nunquam hoc dediscet.

Discordia fit charior concordia

Amantium ire amoris redintegratio est

Deliberandum est diu quod statuendum est semel

De quo non potes nisi semel statuere: veluti de matrimonio. de sacerdotio de hoc diu deliberandum est priusquam aggrediaris.

Difficilem oportet aurem habere ad crimina

Ne facile credas accusanti quempiam

Dum vita grata est: mortis conditio optima est

D ij

¶ Cum optimum est mori cum adhuc dulce est vivere
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum
¶ Lucrum cum iactura fame damnum est: non lucrum
Ducis in consilio posita est virtus militum.
¶ Frustra sunt fortes milites: nisi ducis prudentia regantur.
Dies quod donat timeas cito raptum venit
¶ Quod subito contingit: subito solet auferre fortuna
Dimissum quod nescitur: non amittitur
¶ Non est damnum quod non sentis
¶ Etiam innocentes cogit mentiri doloz
¶ In tormentis sepe mentiuntur et innocentes adacti cruciatu
Etiam peccato recte prestatur fides
¶ A deo seruanda est fides ut etiam malis in rebus aliquando prestanda sit.
Etiam celeritas in desiderio mora est
¶ Cupienti etiam festinatio videtur mora
Ex vicio alterius sapiens emendat suum.
¶ Ex alienis erratis sapiens colligit quid sibi sit cauendum
Et deest et superat miseris cogitatio
¶ Deest quia non vident: quo pacto possint mederi malis: et superest. quia intelligunt quid debuerint cauere: sed sero
Etiam obliuisci quod scis: interdum expedit
¶ Quedam huiusmodi sunt ut sint dediscenda.
Ex hominum questu: facta fortuna est dea
¶ Studium lucri facit ut fortuna credatur esse dea que faueat. aut ex questu. id est querimonia. nam illi imputant: si quid acciderit aduersi.
Effugere cupiditatem regnum est vincere
¶ Vincere auariciam aut iram plus est quam regnum
Exuli ubi nusquam domus est. sine sepulchro est tanquam mortuus
¶ Opinoz ita legendum
Lui nusquam domus est. sine sepulchro est mortuus
¶ Id est exul qui nusquam habet domum. perinde est ut mortuus insepultus. aut cui non est sepulchrum
Etiam qui faciunt odio habent iniuriam.
¶ Nolunt sibi fieri iniuriam: nec hi qui faciunt alijs
Eripere telum non dare irato decet
¶ Irato non est danda occasio nocendi. sed potius adimenda
Se denegare patrie: exilium est pati.

¶ Sic em̄ ꝑꝑiculiū hūc mutauim⁹. q̄ latet ⁊ nō ꝑꝑat in rep. is sua spēte exul est

¶ Etiam capillus vnus habet vmbꝛam suam

¶ Nihil est tam minutum quod non possit aliquid

¶ Eheu q̄miserum est: fieri metuendo senem

¶ Differrimū est ꝑꝑenescere metu mali quod nondum aduenerit

¶ Etiam hosti est equus qui habet in consilio fidem.

¶ Qui seq̄tur qd̄ dicitur fides nō qd̄ dolor. is etiā hostib⁹ erit equus

¶ Excelsis multo facilius casus nocet

¶ Ex alto cadētib⁹ periculosior ē ruina. ita ꝑꝑiculosi⁹ deijcimur ex alta fortuna

¶ Fidem qui perdit: quo se seruat in reliquum:

¶ Qui ꝑꝑdit pecuniā habet in qd̄ se seruet. q̄ fidem nihil habet: cui se seruet

¶ Fortuna cum blanditur captatum venit.

¶ Insidiatur fortuna cum blanda est. ita tum maxime habenda est suspecta: cum maxime prospera est

¶ Fortunam citius reperias q̄ retineas

¶ Difficillimū ē retinere fortunā ne mutet. ⁊ maior ꝑꝑt̄ ē tueri ꝑꝑta: q̄ ꝑꝑarare

¶ Formosa facies muta commendatio est.

¶ Fauetur enim formosis: etiam si nihil dicant

¶ Frustra rogatur qui misereri non potest

¶ Qui non potest mollescere ꝑꝑcib⁹: quid opus est hunc rogare?

¶ Fraus est accipere quod non possis reddere.

¶ Dolus est accipere beneficiū a quo q̄s: cui non possis tantūdem reddere

¶ Fortuna nimium quem fouet stultum facit

¶ Dagne felicitatis comites sunt stulticia ⁊ arrogantia

¶ Fatetur facinus is qui iudiciū fugit

¶ Qui detrectat iudiciū: indicat se sibi male consciū esse.

¶ Felix improbitas: optimorum est calamitas

¶ Quoties fortuna fauet improbis: hoc fit calamitate optimorum

¶ Feras non culpes quod mutari non potest.

¶ Hic versus nominatim citatur a Sello. Qd̄ mutari corrigiq̄ non potest: id tacite ferendum est: non vituperandum

¶ Futura pugnant vt se superari sinant

¶ Sic instant futura mala vt tamen vinci vitariq̄ possint ꝑꝑudentia.

¶ Furor fit lesa sepius patientia

¶ Et hoc carmen citatur a Sello. Lenes cum sepius ꝑꝑrouocantur: tandem irritati grauius irascuntur. quia rarius ⁊ serius commouentur

¶ Ficta cito ad naturam reciderint suam

Simulata non diu durant
Fidem qui perdit nil potest vltra perdere
Omnia perdidit qui fidem perdidit
Facilitas animi ad partem stulticie rapit
Facile adducitur ad vicia qui facilis est animo. vt Dicit ille Terentianus.
Fides vt anima vnde abiit nunq̄s redit
Et vita semel amissa nunq̄s reuertitur. sic nec fides
Fidem nemo vnq̄s perdit nisi qui non habet
Decuriam non perdit nisi qui habuit. Et fidem is dicitur perdidisse qui non habuit. id est qui perfidus fuit.
Fortuna obesse nulli contenta est semel
Nullum malum venit sine incurfu alterius mali
Fulmen est vbi cum potestate habitat iracundia
Versus est Trochaicus. Potens cum irascitur fulminat: non irascitur
Frustra cum ad senectam ventum est repetes adolescentiam.
Et hic Trochaicus est. Nō licet reiuulescere: p̄ inde sem̄ tractāda s̄z sentētia
Falsum maledictum: maleuolum mendacium est.
Qui conuiciatur z mentitur: is maliciose mentitur.
Femine naturam regere desperare est omnium
Omnes desperant se posse regere mulieris ingenium.
Fer difficilia vt facilia lenius feras
Exerce te rebus difficilioribus vt alia facilius feras
Fortuna nulli plusq̄ consilium valet
Consilium plus efficit q̄ felicitas
Fortuna vitrea est: que cum splendet frangitur
Utrum cum maxime lucet tum facillime frangitur. ita splendidissima fortuna minime durabilis est.
Feras quod ledit vt quod prodest perferas
Et potare commodo: feras incommodum
Facit gratum fortuna quam nemo videt
Fortuna facit inuidiosum nisi lateat. ergo dissimulanda est
Frugalitas miseria est rumoris boni
Hunc versum addidi ex Bellio. Esse frugalem rumor quidem bonus est. sed infelix z parum vulgo laudatus cui profusio magis placet.
Grave preiudicium est quod iudicium non habet
Post preiudicia sequunt̄ iudicia in qb̄ exentiunt̄ preiudicia. Et graue ē illud preiudiciū qd̄ nō sequitur aliud iudiciū. s̄ ipm̄ iudicij loco ē: veluti si p̄nceps p̄ se ferat animū inimicū in quēpiam. null⁹ ē iudex qui secus ausit iudicare

Brauissima est probi hominis iracundia.

¶ Vir bonus ut tardior est ad iram ita grauius irascitur si victa sit illius bonitas.

Brauis animi pena est. quem post factum penitet

¶ Magnam penam dedit quem penitet facti.

Brauis animus dubiam non habet sententiam

¶ Constans certa habet consilia.

Braue est malum omne quod sub aspectu latet

¶ Malum illud est immedicabile quod pretextu bone rei personatum est. Nam hic aspectum vocat personam.

Brauius nocet quodcumque inexpertum accidit

¶ Noua mala grauius dolent

Brauior inimicus qui latet sub pectore

¶ Affectus viciosus maxime nocet homini. et is latet sub pectore. nec potest excuti.

Brauissimum est imperium consuetudinis.

¶ Consuetudo plane tyrannidem quandam obtinet in rebus humanis adeo ut stultissima quoque si semel inoleuerint reuelli non possint

Braue crimen etiam cum dictum est leuiter nocet

¶ Veluti si quis apud Anglos vel ioco vocat aliquem perditorem non caret periculo

Heu quod difficile est glorie custodia.

¶ Fama honesta facillime contaminatur. et difficilius est eam tueri quam parare

Homo extra corpus est suum cum irascitur

¶ Non est apud se quisquis irascitur. Respondet cum illo superiori. Absenti loquitur qui cum irato litigat.

Heu quod est timendus qui mori tutum putat

¶ Qui mortem contemnit. is vehementer est timendus. propterea quod aliene vite dominus est quisquis sue contemptor est

Homo qui in homine calamitoso est misericors: meminit sui

¶ Intelligit enim sibi posse accidere ut sit opus auxilio. versus est Trochaicus

Est honesta turpitude pro bona causa mori

¶ Gloriosa est infamia vitam impendere iusticie. Et hic Trochaicus est.

Habet in aduersis auxilia qui in secundis commodat

¶ Et hic Trochaicus est. Qui cum feliciter agit alijs subuenit: huic alij subueniunt in rebus aduersis.

Heu quod miserum est ab illo ledi de quo non possis queri

¶ Et hic Trochaicus est. Durum est ledi vel ab amico. vel a potente. quod queri de altero non est honestum. de altero non est tutum.

Hominem experiri multa paupertas iubet.

¶ Paupertas ingeniosa est et artium repertrix

Deu dolor q̄ miser est qui in tormento vocem non habet
¶ Et hic Trochaicus est. In tormentis verum exquiritur. At quidā ita torquentur ut non audent verum dicere: scientes quid velit taceri qui torquet.

Ben q̄ penitenda incurrunt viuendo diu
¶ In longa vita multa accidunt que nolis

Habet suum venenum blanda oratio.
¶ Insidiosa est blandiloquentia

Homo toties moritur quoties amittit suos.
¶ Orbitas mors quedam est

Homo semper in sese aliud fert: in alterum aliud cogitat.
¶ Hic est Iambicus tetrameter. Nemo non est dissimulatoz.

Honestus rumor alterum est patrimonium
¶ Tantundem fere valet honesta fama q̄tum patrimonium

Homo nescit si dolore fortunam inuenit
¶ Non sentitur dolor quo paratur aliquid commodi

Honeste seruit qui succumbit tempori
¶ Honestum est seruire tempori: z cedere fortune ad tempus.

Homo vite commodatus non donatus est
¶ Vita datur ad tempus. ut qui dedit exgat suo iure quando cūq̄ velit

Heredem scire vtilius est q̄ querere
¶ Quidā codices h̄nt ferre p̄ scire. sati⁹ ē ferre q̄lēcūq̄ heredē q̄ nullū habere

Heredis fletus sub persona risus est
¶ Hic quoq̄ versus citatur a Bellio. Fletus heredis est risus personatus. i. dissimulatus. gaudet enim etiam si fleat

Habent locum maledicti crebre nuptie.
¶ Vulgus male sentit de muliere sepius nupta

¶ Inferioz horret quicquid peccat superior
¶ Quod principes peccant: id recidit in malum plebis

Inimicum vlcisci vitam accipere est alteram
¶ Fucundissima res est vindicta. z velut altera vita. primū vitam tuetur suam. deinde capit voluptatem ex vltione

Id agas ne quis tuo te merito oderit
¶ Quidū effugere nō possum⁹. ne q̄s nos merito oderit. id cauere possumus.

Inuitum cum retineas exire incitas
¶ Qui non cupit manere hunc quo magis retines. hoc magis cupit abire.

Ingenuitatem ledis: cum indignum rogas
¶ Seruile est supplicem esse homini indigno. leditur igitur ingenuitas.

In nullam auarus bonus est: in se pessimus

¶ Nulli benefacit auar⁹: se vero etiam discruciat custodia rerum suarum

Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter.

¶ Bis gratum est beneficium quod statim datur egenti

Instructa inopia est: in diuitijs cupiditas.

¶ Cupere cum abundes inopia quedam est: non expedita: sed instructa. et onusta quasi dicas: diues inopia

Inuitat culpam qui peccatum preterit

¶ Qui dissimulat peccatum: is inuitat vt iterum peccet.

Iucundum nihil est nisi quod reficit veritas

¶ Nihil tam dulce quod non pariat satietatem: nisi varietate condatur.

Ingenuitas non recipit contumeliam.

¶ Generosi z ingenui animi est negligere contumeliam. Aut sic. Generosus animus impatiens est contumelie

Impune peccat in eum qui peccat rarioz

¶ Forte sic legendum est. Impune peccat: cum quis peccat charioz. Aut impune peccat cum quis peccat rarius

Ingratus vnus miseris omnibus nocet

¶ Vnius hominis ingratitudo facit vt nec gratis succurratur cum egent.

In miseri vitia nulla contumelia est

¶ Hoc carmē varie reperi deprauatū. z haud scio an recte diuinarim. Nō vt detur ptumelia quā facias in hoīem malū z infelicē. Nisi sic mauis. In vicia miseri ptumelia ē dicere. i. ptumelie gen⁹ ē insectari vicia hoīs miseri q̄ magis
Leget ptolatiōe

Inopie parua desunt auaricie omnia

¶ Opinoz sic legēdū Inopie multū deest auaricie oīa. i. multū eget paup. sed auar⁹ oīb⁹ q̄ nec id hz qd̄ habet. videt h̄ versus deprauat⁹. Nā in ptrouersijs Seneca citat h̄mōi Publij carmē. luxurie desunt multa: auaricie oīa. q̄q̄ h̄ic quoq̄ plus ptabit si legas desunt parua siue pauca: qd̄ ego malim

Ita amicum habeas: posse vt fieri inimicum putes

¶ Et hic citatur a Bellio Sic ama tanq̄ osurus. Ita confidas amico vt si fiat inimicus: non multum possit ledere

Inuidiam ferre aut fortis aut felix potest

¶ Fortunati negligunt inuidiam. vir fortis contemnit

In amore mendax semper iracundia

¶ Eadem est sententia quā ante dixit. Amans iratus multa mentitur sibi

Inuidia tacite sed minute irascitur.

¶ Inuidus habet iram suam. h̄ dissimulatam z minuram. hoc est de re nihil.

Fratum breuiter vites: inimicum diu

¶ Ira statim subsidit: odium diuturnum est. odit autem quisquis est inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum est: immo semper.

E

Iniuriarum remedium est obliuio

¶ Vindicta non medetur iniurijs tibi factis. sed obliuio optime.

Fracundiam qui vincit: hostem superat maximum

¶ Trochaeus est. Fortissimū est iram suam vincere. hoc Alexander ille magnus orbis domitor non potuit.

In malis sperare bonum nisi innocens nemo solet

¶ Et h Trochaic⁹ Bona p̄scia facit vt in malis sperem⁹ supos auxiliaturos

In vindicando criminosa est celeritas

¶ Quidā hnt in iudicādo. Ne sis p̄ceps vel ad vltionem: vel ad iudicādum

Inimicum quibus humilem docti est metuere

¶ Sapiēt⁹ ē nō p̄tēnere hostē q̄tūuis humilē. Potest em̄ p̄ occasionē nocere.

In calamitoso risus etiam iniuria est

¶ Miseri risu etiam offenduntur

Iudex damnatur: cum nocens absoluitur

¶ Cum absoluitur nocens: tunc iudex non innocens sit oportet

Ignoscere humanum vbi pudet cui ignoscitur

¶ Non ignoscendum est nisi peniteat facti

In rebus dubijs plurima est audacia

¶ Forte legendū est plurimū. vel plurimī. multū valet audacia cū res ē dubia

Illo nocens se damnat quo peccat die

¶ Quisquis admittit scelus illico sibi damnatus est: iudice conscientia. etiam si iudex nemo pronunciet

Ita crede amico ne sit inimico locus.

